This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Gh
63
849

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

Harvard College Library

FROM THE BEQUEST OF

FRANCIS B. HAYES

(Class of 1839)

A fund of $10,000 the income of which is used
"For the purchase of books for the Library"

11268

Jahresbericht

des

Großherzoglichen Realgymnasiums

zu

Eisenach.

Ostern 1889.

Inhalt:

Quibus vocabulis artis criticae propriis usi sint Homeri (codicis Veneti A) scholiastae. Specimen.
Von Dr. H. Heubach.

Schulnachrichten vom Direktor.

Eisenach
Hofbuchdruckerei.
1889.

1889. Progr. Nr 635.



Gin 63.849

HARVARD COLLEGE
20 1904
LIBRARY.
Hayes fund

Quibus vocabulis artis criticae propriis usi sint Homeri (codicis Veneti A) scholiastae. Specimen.

Von Dr. H. Heubach.

Οἱ περὶ τέχνης ἐθέλοντες διαλαβεῖν τὸ χρήσιμον τοῦ σκοποῦ προδεικνύουσι. Haec Dionysii Thracis scholiastae verba cum etiam in nos valere nobis viderentur, huius quoque libelli consilium in medio proponere nostrum erat, nisi iam abhinc annos quattuor exposuissemus, cum primum indicis nostri grammatici specimen de vocabulis artis syntacticae propriis in lucem emitteremus. Pauca tamen inde repetere liceat: In his enim, sc. Homeri carminum, commentariis conscribendis fieri non potuit, quin certus existeret vocabulorum usus; qui cum saepissime recedat ab eo, qui aliunde innotuit, non inutile videtur et ad scholia illa facilius intellegenda et ad ipsam grammaticae historiam adiuvandam accuratius inquirere in vocabula artis grammaticae propria eorumque notiones exponere.

Priore igitur illo anno de vocabulis artis **syntacticae** propriis specimen composueramus: nunc de vocibus ad artem **criticam** spectantibus breviter agere in animo erat, ut deinceps absolveremus, quibus vocabulis grammatici primum significarent omne librorum grammaticorum genus, deinde iudicia facerent de singulis carminum locis et difficultatibus, denique in ipsa critica arte et industria varia uterentur. Sed quam rem ante hos paucos annos primum ad eius modi studia accedentes iam ad finem perduxeramus, eadem nunc iterum pertractata mirum quantum aucta est. Sunt certi denique fines et rerum et temporum, ut proposito desistentes media in re subsistere cogeremur. Itaque alterius speciminis specimen tantum edere possumus.

Ac primo loco breviter agemus de singulorum librorum grammaticorum sive criticorum nominibus atque inscriptionibus; deinde disseremus, quibus vocabulis non singulos libros, sed in universum tota eorum genera significaverint; tertio loco, quibus vocibus ipsas lectiones varias appellaverint et attulerint. Qua in re hanc nobis reposcimus libertatem, ut et vocabula criticis propinqua et propinquas ipsorum criticorum notiones, ubicunque in rem esse videbitur, disputare liceat.

I.

Proficiscimur a verbo *διορθοῦν* et a substantivo *διόρθωσις*. Ut enim substantivum recte intellegamus, in verbum antea breviter inquiramus necesse est. Leidenroth: Indicis grammatici ad scholia Veneta A specimen[1]), Berolini 1884 apud S. Calvary et socium, s. v. *διορθοῦν* brevius **emendare** interpretatus est, ut facillime cum nostro emendare verbum confundi possit. Neque enim idem sibi vult verbum *διορθοῦν*, quod nos dicimus „eine Stelle emendieren". Vera potius

[1]) Miretur forte quispiam retractare nos rem excussam. At Leidenrothius primum Herodiani rationem non habuit; deinde minus vocabulorum notiones explicandas spectavit, quam id egit, ut ex usu eorum de scholiorum auctoribus certi aliquid statueret; denique ex litterarum ordine vocabula *α*–*ϑ* tantum absolvit. Quorum omnium contraria nos secuti sumus.

atque propria verbi significatio est: **orationis partes ex iustis grammaticae legibus recte inter se referre,** ne perperam coniungantur. Quarum partium necessitudines ut legentibus manifestae fiant, arte interpungendi utimur. Itaque in Nicanoris potissimum usu *διορθοῦν* vocabulum deprehendimus, ut vel verborum interpungendi vicibus apud eum fungatur. Leidenroth respexisse id videtur, cum paullo infra adiecerit: emendare interpunctione.

Principalis vocis notio maxime perspicua elucet ex Nic. *Υ* 288:

ἔνθα κεν Αἰνείας μὲν ἐπεσσύμενον βάλε πέτρῳ
ἢ κόρυθ', ἢὲ σάκος, τό οἱ ἤρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον,
τὸν δέ κε Πηλείδης σχεδὸν ἄορι θυμὸν ἀπηύρα,
εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ νόησε Ποσειδάων ἐνοσίχθων.]

πάντα ἤρτηται ἕως τοῦ εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ νόησε. διορθωτέον οὖν αὐτὰ ὡς ἐν τῇ B (261) εἰ μὴ ἐγώ σε λαβών. Unam effici sententiam verbis *ἔνθα κεν* usque ad *ἐνοσίχθων* Nicanor dicit, ne quis post *ἀπηύρα* distinguendum esse opinetur. Verba igitur *εἰ μὴ ἄρ' κτλ* praecedentibus continuanda sunt, ut *B 261 εἰ μὴ ἐγώ σε λαβών.* Quomodo haec relata et distinctionibus exornata sunt, ita illa erunt **digerenda et distinguenda.** — Genus distinctionis additur Nic. *Ν* 787 *οὕτως οὖν διορθωτέον διαστολῇ ἑκατέρωθεν;* i. e. *διαστολῆς* signum ponendum est ex utraque parte. Saepissime enim, ut nostro loco, agitur de verbis per se legendis, quae neque ab antecedentibus neque a subsequentibus pendent, e. g. Nic. *Ζ 242 τὸ ἑξῆς ἀλλ' ὅτε δὴ Πριάμοιο — ἵκανεν, ἔνθα οἱ ἠπιόδωρος ἐναντίη ἤλυθε μήτηρ v. 251; τὰ δὲ λοιπὰ ὡς διὰ μέσου λεγόμενα διορθωτέον.* Versus igitur 243—250 quasi medio interpositos atque ita distinguendos esse contendit; simm. *Ν 86 Σ 364 Φ 49, 299 Ο 431.* Praeterea memoria digna *Μ 6* et *326*, ubi iusto verborum ordine proposito pergit: *οὕτως οὖν διορθωτέον;* simm. *Ν 160, 427.* Denique *κατορθοῦν* apud eundem Nicanorem illius verbi loco collocatum *Β 204, 681.*

Quem verbi usum ac notionem si memoria tenuerimus, minime mirabimur, quod substantivum *διόρθωσις* quoque ipsorum interpunctorum locum obtinet. Nic. *Α 580 αἱ διορθώσεις τῶν στίχων τούτων διάφοροί*, sc. *εἰσιν.* Sequitur iam disputatio de signis *στιγμῆς* et *ὑποστιγμῆς*, quaenam et quibusnam locis singula appingenda sint. *Διορθώσεις* vero nostro loco re vera **ipsa distinguendi signa** esse neque relationem illam syntacticam grammatico indagandam ex ipso numero plurali facillime intellegitur. Eodem spectat *Δ 43 ἐκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ] τὸ δοκοῦν ἀπεμφαίνειν ἐν τῷ στίχῳ οὐδεμίαν ἔχει διόρθωσιν ἐκ διαστολῆς;* i. e. quae inter se repugnare videntur versus verba, etiamsi fusius explicueris eorumque discrepantiam enucleaveris, tamen signis non dirimuntur, quamvis postulentur verborum discrepantia; simm. *Β 527 Ι 57.*

Sed locis aliis alia vis *διορθώσεως* vocabulo ab eodem Nicanore attribuitur. Quae vis quamquam multo aberrare videtur a distinguendi notione, tamen ipsa quoque ex illa principali vocis significatione, quam disputationis fronti praefiximus, fluxit. Est autem novus hic vocis sensus: **editio critica, recensio.** — Is quomodo illinc deduci potuerit, optime docemur verbis illis, quae singulorum carminum librorum pedibus subscripta invenimus: *παράκειται ..... καὶ τὰ Διδύμου περὶ τῆς Ἀριστάρχειον διορθώσεως*, i. e. insunt etiam, quae Didymus memoriae tradidit de Aristarchi arte critica et grammatica. Neque enim recensionum eius alteram scholiasta dicit, sed **ipsam eius industriam atque operam grammaticam.** Quid? de ipsis recensionibus si cogitasset, nonne *περὶ διορθώσεων* dicendum ei erat? singulae vero recensiones nonne aliter afferuntur a Didymo: *ἐν τῇ ἑτέρᾳ* etc.? Similia occurrunt apud Ammonium *Κ 397 περὶ τοῦ μὴ γεγονέναι πλείονας ἐκδόσεις τῆς Α. διορθώσεως*, nisi hoc loco iam ipsas Aristarchi recensiones subaudire mavis. Aristarchus enim sibi proposuerat non solum recte inter se conjungere et referre poetae verba, sed in universum ad integrum redigere et

interpretari Homeri verba. Cuius operae atque industriae testes et receptacula cum Aristarchi recensiones essent, fieri potuit, ut ipsae recensiones industriae nomine *διορθώσεις* cognominarentur.

Neque tamen omnes omnium editiones ita appellantur: Aristarchi unius fere libri hoc honore quasi ornantur, ut optime vertamus illud *Ἀριστάρχου διόρθωσις* per **Aristarchi recensionem**, e. g. Did. *B 865 ἡ κατὰ Ἀρίσταρχον εἶχε διόρθωσις κτλ.*; Nic. *P 214 ἡ Ἀριστάρχειος διόρθωσις*; Did. *T 365 Ἀμμώνιος περὶ τῆς ἐπεκδοθείσης διορθώσεως*; Did. *B 192 κἂν ταῖς διορθώσεσι καὶ ἐν τοῖς ὑπομνήμασι*, sc. Aristarchi. Subicio iam illa scholia, quibus *διόρθωσις* vocabulum omissum est: *A 203, 350 B 447 Γ 227 Δ 334 E 425 Ξ 236 O 114 Σ 14, 100, 171 Υ 259; Α 273 E 416 K 124.*[1]) Uno loco aliorum quoque editiones Didymus *διορθώσεις* vocat: *Δ 522 αἱ Ἀριστάρχου καὶ αἱ ἄλλαι σχεδὸν πᾶσαι διορθώσεις.* Sed verborum tenore magis factum esse videtur, ut una cum Aristarchi reliquorum editionibus hoc nomen imponeretur. Nam parum accurate tantum Nicanorem locutum esse apparet, si scriptum legimus *Φ 110 ὡς καὶ Διδύμῳ δοκεῖ ἐν τῇ διορθώσει*[2]); non Didymi editionem ullam homericam dicit, sed librum, quem de Aristarchi recensionibus composuit. Idem sibi vult illud *διορθωτικὰ* adiectivum apud Herodianum *Ω 557 δασύνει Δίδυμος τὸ ἔασας ἐν τῷ πρώτῳ διορθωτικῶν.* Videmus igitur antiquissimis temporibus apud Ammonium et Didymum duplicem vim occupari *διορθώσεως* vocabulo, sed Aristarchi solius recensiones *διορθώσεις* appellari, contra apud Nicanorem ipsa interpungendi signa ita vocari.

Appellantur autem praeterea Aristarchi recensiones *ἐκδόσεις*. Did. *B 221 κἂν ταῖς Ἀριστάρχου ἐκδόσεσιν*; Did. *Δ 3 κατ' ἔνια τῶν ὑπομνημάτων ..... ἐν μέντοι ταῖς ἐκδόσεσιν εὕραμεν*; *Ἀριστάρχου* enim memoria tenuisse scholiastam iam inde efficitur, quod iuxta ponuntur, ut saepius, commentarii et recensiones; cf. Ludwich I, 243. A. Blau: De Aristarchi discipulis, dissertatio, Jenae 1883, p. 9, cur „qualescunque editiones“ subintellegat, expiscari nequeo. Aliorum editiones *ἐκδόσεις* vocantur Did. *B 12 κἂν ταῖς πλείοσι δὲ καὶ χαριεστέραις τῶν ἐκδόσεων, τῇ τε Χίᾳ καὶ τῇ Μασσαλιωτικῇ*; simm. *B 865 M 238*; Did. *Γ 406 καὶ οὐ μόνον ἐν ταῖς ἐκδόσεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς συγγράμμασιν ἁπαξάπαντες οὕτως ἐκτίθενται.* Saepissime *ἐκδόσεις* supplendum est; scholia huius generis 172 comportavit Ludwich I, 18. Iam hinc colligitur *ἐκδόσεως* vocabulo significari editiones, quae etiamsi non semper gravissimam, ut Aristarchi et Zenodoti, attamen aliquam sibi vindicare poterant auctoritatem. Optime igitur hanc vocem vertere possumus per **editiones** sive **recognitiones**, quae quidem versio maxime fulcitur verbis illis ab Ammonio libello inscriptis: *περὶ τοῦ μὴ γεγονέναι πλείονας ἐκδόσεις τῆς Ἀριστάρχειον διορθώσεως*, i. e. cur non plures in publicum prodierint recensionis *(διορθώσεως)* aristarcheae editiones sive recognitiones *(ἐκδόσεις)*. In errorem autem incidisse La Rochium: Homeriſche Textkritik p. 68, confundentem atque aequantem *ἐκδόσεις* et *ἀπόγραφα* iam testimonio est, quod vel Aristarchi recensiones hoc denotantur nomine.

Ἐκδόσεων genera maxime varia excitantur: *X108 ἐκδόσεις κατ' ἄνδρα*, i. e. editiones a viris quibusdam recognitae, simm. *Ψ 88*; *Φ 11 ἐκδόσεις κατὰ πόλεις*, simm. *Φ 86, 535 X 39 Ω 82*; *Υ 308 αἱ διὰ τῶν πόλεων*; *Φ 351 αἱ ἐκ τῶν πόλεων*; *Ψ 77 αἱ πολιτικαί*, i. e. editiones ex urbium nominibus cognominatae. Virorum illorum clarissimi occurrunt Antimachus, Cassander, Aristoteles, Appellico, Sosigenes, Philemo, oppidorum saepissime *Μασσαλία (ἡ Μασσαλιωτικὴ)*. Distinguuntur praeterea editiones pretio, quo pluris aut minoris ducebantur. Pluris sunt *αἱ χαριέστεραι* et *αἱ χαριέσταται*, suaviores, *B 12, 52, 164, 192, 196 Γ 18, 51 H 420 M 318 Φ 2 X 251*; minoris sunt *αἱ κοιναὶ B 52 M 289 Π 638 P 214 X 468 Ω 214, 344, αἱ κοινότεραι M 382 X 478, αἱ δημώδεις*, vulgares, *E 881*

[1]) Debentur hi loci viro doctissimo Arthur Ludwich: Ariſtarchs homeriſche Textkritik, Leipzig 1884. Tom. I. p. 18.
[2]) A. Ludwich ibidem I, 42 adnot.; Friedlaender: Nicanoris *περὶ Ἰλιακῆς στιγμῆς* reliquiae, p. 106.

Θ 349 Ξ 125, 235 Ω 7, αἱ εἰκαιότεραι, i. e. temere conscriptae *I 324 O 50, 197 Σ 100, 376 T 95 Φ 587.*

Non ita multum profecto interesse videtur inter has editiones, quibus ne auctoris quidem aut urbis nomen additum est, et illos carminum libros, qui vocantur *ἀντίγραφα* sive *ἀπόγραφα*. Ipso nomine docemur *ἀντίγραφα* esse exemplaria carminum sine ulla ratione aut cura aliunde transcripta; ex scholiis discimus nusquam aut auctoris sive librarii nomen adscriptum esse, aut Aristarchi recensiones *ἀντίγραφα* vocari.[1]) Imprimisque praetermittendum non videtur ubique afferri *τὰ ἀντίγραφα*, nusquam *ἀντίγραφόν τι*, velut Did. *B 125 ἔνια τῶν ἀντιγράφων*; *N 224 ἔν τισι τῶν ἀντιγράφων*; *Ψ 111 κατὰ πολλὰ τ. ἀ.*, simm. Did. *Δ 493 O 645 Φ 260*; *Ξ 168 τὰ πλείω τ. ἀ.*. Genera autem *τῶν ἀντιγράφων* haec sunt: *Y 255 τὰ φαυλότερα τῶν ἀντιγράφων*, i. e. peiora; *Y 384 ἔν τισι τῶν φαύλων ἀντιγράφων*; *ξ 6 τὰ τῶν ἀντιγράφων ἀκριβέστερα*, i. e. exemplaria accuratius confecta.

Sed haec hactenus. Habemus igitur librorum homericorum tria genera: *διορθώσεις* sive recensiones, *ἐκδόσεις* sive recognitiones, *ἀντίγραφα* sive exemplaria.

Multa autem viri illi doctissimi, qui Homeri carminibus tempus impendebant, inveniebant et habebant, quae editionibus committere non possent. Composuerunt igitur praeter editiones suos libellos, quorum nomina nunc nobis detractanda erunt. Alteri enim speciei nomen *ὑπομνήματα*, alteri *συγγράμματα* est. De utroque genere optime disseruerunt Lehrsius: De Aristarchi studiis homericis[2] p. 21 et Ludwichius l. c. I, 22, ut relata referre cogeremur, pauca addere possemus.

Atque *τὰ ὑπομνήματα* plerumque excussit Didymus, cum inde facillime res plurimas et maxime varias congerere posset. Did. *B 111 κατά τινα τῶν ὑπομνημάτων*; *E 857 ἔν τισι τῶν ὑπομνημάτων*, simm. *H 95 Θ 81 I 645, 700 K 46 N 115 Ξ 216, 397 Π 76 X 324*; *Δ 3 κατ' ἔνια τῶν ὑπομνημάτων*, simm. *H 6, 452 M 277 N 315 Ξ 382 O 104*; *Δ 345 τὰ πολλὰ τῶν ὑπομνημάτων*, simm. *P 41 Ψ 169.* Rarius numerus singularis occurrit, *Δ 424 B 111, 420, 435 Y 471*, unde de *ὑπομνημάτων* argumento ac ratione, et qua necessitate cum ipsis Homeri carminibus coniuncta fuerint, concludi potest. Scriptum enim legimus Did. *Δ 423 ἐκ τοῦ Α τῆς Ἰλιάδος ὑπομνήματος*; *B 426 τούτῳ καὶ λέξις ὑπόκειται διὰ τοῦ Β τῶν ὑπομνημάτων*, simm. *B 435*; *v. 132 ἐν τῷ Υ τῆς Ὀδυσσείας ὑπομνήματι ὁ Ἀ. κτλ.*; *χ 325 ἐν τῇ (τῷ X* conicere licet*) τῆς Ὀδυσσείας ὁ Ἀ.*. Videmus igitur ad singulos carminum libros Aristarchum singula *ὑπομνήματα* sive singulos commentarios conscripsisse. Singulos verum libros vel compluribus simul commentariis exornatos fuisse inde constat, quod saepissime ad singulos locos excitantur *τὰ ὑπομνήματα*, neque *τὸ ὑπόμνημα*. De argumento eorum postea demonstrabimus.

Aristarchi commentarii afferuntur *B* 111, ubi diserte adscriptum viri doctissimi nomen; deinde *B 192*, ubi iuxta collocantur *αἱ διορθώσεις* (sc. Aristarchi, cf. supra) et *τὰ ὑπομνήματα*; denique *B 397 Γ 57 Δ 3 Z 4 Λ 40.* Quibus in commentariis componendis Aristarchus primum non suam sententiam exponere ausus prioris aetatis grammaticorum auctoritatem secutus est, id quod cognoscitur ex *B 133 ἐν τοῖς κατ' Ἀριστοφάνην ὑπομνήμασιν Ἀριστάρχου*; *Δ 3 κατ' ἔνια τῶν ὑπομνημάτων Ἀ.*. *οἱ δέ φασιν Ζηνοδότειον εἶναι τὴν γραφήν*, simm. *B 111 Φ 130.* Postea magis ipsius iudicium et arbitrium eum tulisse et in medio posuisse conicere licet. Ludwichius vero cum ex hac Aristarchi ratione, tum ex *B 221 κἂν ταῖς Α ἐκδόσεσι δυϊκῶς εἶχε τὸ τώ· κἂν τισι δὲ τῶν παλαιῶν ὑπομνημάτων οὕτως ἐφέρετο*, magna cum veritatis specie collegisse mihi videtur commentarios Aristarchum composuisse multo ante, quam recensiones illas clarissimas in lucem emitteret.

[1]) Non obstant verba *Z 4 ἐν τοῖς ἀρχαίοις ἐγέγραπτο.....διὸ καὶ ἐν τοῖς ὑπομνήμασι φέρεται*, quippe quibus gravissimae omnibus moveantur dubitationes; cf. Dindorf: Scholia graeca in Homeri Iliadem I, 226 adnot. et Ludwich I, 263.

Non pauci commentarii, etiamsi Aristarchi nomen praefixum habebant, non ab ipso magistro sed a discipulis magistri dicta describentibus fortasse editi sunt, quos Ludwichius I, 25 vernacule „Collegienhefte" dicit; cf. praeterea Lehrsium: De Arist. stud. hom.[2] p. 21. — Aliorum denique recentioris aetatis commentarii commemorantur *Θ 296 καί φησι Διογένης ἐν τοῖς ὑπομνήμασι* et *I 453 ταῦτα ἱστορεῖ Ἀρποκρατίων ὁ Δίου διδάσκαλος ἐν ὑπομνήματι τῆς I.* Quae cum ita essent, alii commentariorum gravius, alii levius a posteris aestimati sunt. Nam laudantur *B 111 τῶν ἠκριβωμένων ὑπομνημάτων τινά*, simm. *I, 169*, et *H 130 τὰ ἐξητασμένα Ἀ.*. Comparantur autem commentarii cum altero librorum illorum genere Did. *B* 111 *εἰ γὰρ τὰ συγγράμματα τῶν ὑπομνημάτων προτάττοιμεν.* Itaque minoris fecit Didymus commentarios quam alios illos libros, id quod vix mirari possumus, si quidem memores illorum, quae supra exposuimus, praeterea memoria tenemus commentariorum non ita paucos pro tempore et ad tempus fortasse conscriptos esse. — Restat, ut de commentariorum argumento breviter agam. Disputantur autem illis quaestiones et artis criticae et grammaticae et interpretationis: disputatur *B* 111 de *μέγας* et *μέγα* lectionibus variis, *E 857* de *στελλέσκετο* et *ζωννύσκετο, H 81* de *ἐδάμνατο* et *ἐτείρετο;* disputatur de grammaticis *B 397 γένωνται*] *τούτῳ δὲ καὶ ὁ ἐκ τῶν ὑπομνημάτων λόγος ὑπόκειται ἔχων τῇδε;* i. e. huic verbi formae haec in commentariis confirmatio additur: *ἐπὶ τῶν κυμάτων λέγει τὸ γένωνται* (sc. non *γένηται*)*· τῷ τοιούτῳ πλεονάκις κέχρηται, ὥστε καὶ ἐπὶ τῶν οὐδετέρων τὰ πληθυντικὰ παραλαμβάνει,* i. e. saepius cum substantivi generis neutrius numero plurali coniungit etiam numerum pluralem verbi; simm. *T* 57; denique Homeri verborum notio obscura interpretando explanatur *B* 435 *λέξεις ἐκ τοῦ B τῆς Ἰλιάδος· δηθὰ* (=) *πολὺν χρόνον· αὐθι* (=) *αὐτοῦ· λεγώμεθα* (=) *συναθροιζώμεθα;* simm. *B* 420, *Y* 471.

Alterum horum librorum genus erant *συγγράμματα* sive *διαγράμματα*. Auctores eorum fuerunt ante Aristarchum Apollonius Rhodius Did. *N* 657 *Ἀπολλώνιος Ῥόδιος ἐν τῷ πρὸς Ζηνόδοτον,*[1]) et Athenocles Did. *Z* 71 *Ἀθηνοκλέους δὲ ἐν τῷ*[1]) *περὶ Ὁμήρου παρατηρήσαντος.* Sequitur ipse Aristarchus *Λ* 524 *Ἀ. ἐν τοῖς πρὸς Φιλητᾶν προφέρεται; I* 349 *ἐν τῷ περὶ Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας ὁ Ἀ. προφέρεται,* simm. *Ω* 110. Idem subintellegitur Did. *Λ* 97 *B* 111, 798 *Γ* 406 *M* 435 et apud Aristonicum *Λ* 166, 807. Ex Aristarchi discipulorum numero Ammonii solius mentio fit *Γ* 368 *Ἀμμώνιος ἐν τῷ πρὸς Ἀθηνοκλέα συγγράμματι;* simm. *H* 7.

Qui libellorum scriptores plerumque contra adversarium aliquem certare ibi soliti sunt, ut *τὰ συγγράμματα* ipsissimi libelli in adversarios missi videantur. Nam scripserunt Apollonius Rhodius contra Zenodotum *N* 657, Aristarchus contra Xenonem *M* 435, complures simul libellos contra Philotam *Λ* 524 *B* 111 et contra Comanum *Λ* 97 *λέξεις ἐκ τῶν πρὸς Κωμανόν;* simm. *B* 798, *Ω* 110; Ammonius contra Athenoclem *Γ* 368 et *H* 7. Erant etiam, qui contra adversarios non emitterentur: *I* 349 *ἐν τῷ περὶ Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας;*[1]) *Λ* 166 *τὸ περὶ τοῦ ναυστάθμου διάγραμμα,* idem *Λ* 807; *Z* 71 *Ἀθηνοκλέους δὲ ἐν τῷ περὶ Ὁμήρου παρατηρήσαντος.* Haec vero libellorum nomina si attente perlegeris, aliquantum tibi interesse quoque videbitur inter res, quae singulis libris detractantur. Accedimus iam primum ad illos libellos, quorum indices e scholiis comperimus. De argumento Aristarchi libelli illius, qui ab Aristonico *Λ* 166 et 807 affertur: *Ἀ. διάγραμμα περὶ ναυστάθμου* vel *στρατοπέδου*, haud scio, an certi quidquam constet, nisi quod ex ipso nomine colligere possumus. Illi autem Aristarchi et Athenoclis libelli, qui *περὶ Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας* et *περὶ Ὁμήρου* inscribuntur, cuius argumenti fuerint, non satis mihi constare videtur. Neque enim differunt, quae inde cognoscimus, ab iis, quae illis detractantur commentariis, qui certo huius generis indice carent. Agitur *I* 349 de

[1]) Dubitari nequit, quin *συγγράμματι* hoc loco complendum sit, quia nusquam memoriae traditum est commentarios aut contra quemquam aut de ulla re scriptos esse.

lectione varia aut probanda aut reprobanda et *Z* 71 de verborum interpretatione. Necnon eadem invenimus Did. *Γ* 368 *Ἀμμώνιος ἐν τῷ πρὸς Ἀθηνοκλέα συγγράμματι ὁμοίως εἶχεν*, sc. *οὐδ' ἐδάμασσα* pro textus *οὐδ ἔβαλόν μιν;* simm. *Α* 524, *Γ* 406, *Μ* 435; deinde *Α* 97 *λέξεις ἐκ τῶν πρὸς Κωμανόν· τὸ μὲν ἀεικέα λοιγὸν ὄλεθρον ἀπεοικότα λέγει.* Habemus igitur etiam his locis et artis criticae et interpretationis exempla. Qua in re mirum est, quod Didymus libellorum illorum non saepius rationem habuit. Ideo id factum esse Ludwich I, 23 dicit, quia rarius *τὰ συγγράμματα* praebuissent locum adnotationum criticarum, quibus congerendis maximam Didymus operam dedit, quam quaestionum suo ordine detractandarum, quarum minorem curam habuit. Sed quid? quod una quaestio (*Α* 166 et 807) re vera ab arte critica et grammatica aliena esse videtur? Nonne ex ceteris quoque libellis (*Ι* 349 et *Z* 7), quorum indices ad nostram aetatem pervenerunt, lectiones et interpretationes memoriae traduntur? Quid? si reliquos permultos attulero libellos? si scholiorum, quibus excitantur libelli illi, argumenta, si ipsorum libellorum inscriptiones quasi feroces ac bellicosas respicimus? Haec omnia iterum ac tertium mecum reputanti id potius interfuisse mihi videbatur inter libellos, *συγγράμματα*, et commentarios, *ὑπομνήματα*, ut minus ipsa re, quam perscriptione ac scribendi more inter se differrent. In utroque librorum genere res criticae et grammaticae pertractatae sunt, atque ita, ut in commentariis, *ὑπομνήμασι*, passim magis et soluta oratione singulis versibus occasionem demum praebentibus sententias suas de quaestionibus homericis adscriberent, contra in libellis, *συγγράμμασι*, continua oratione doctrinas suas exponerent et saepius simul aggrederentur, qui illis repugnaverant. Facilius igitur Didymus commentariis, quam libellis illis uti poterat, quia et ipse vir doctissimus et commentarii Homeri versuum ordinem subsequebantur; neque sententiae nostrae obstat, quod nonnullis illorum libellis de propriis quaestionibus, velut de castris agebatur.

Praetereamus nunc duo librorum genera ex eadem industria grammatica profecta, quae *γλῶσσαι* et *λέξεις* [1]) vocantur. De his enim accuratius agere propositum est, ubi de vobabulis artis interpretandi propriis disseremus, cum magis eo spectent vocabula illa, quam ad artem criticam.

II.

Inveniuntur etiam in scholiis nostris vocabula, quibus non singulae carminum homericorum editiones, aut singuli virorum doctorum libelli denotantur, sed in universum tota quasi illorum genera et greges significari solent: *χρῆσις, παράδοσις, συνήθεια.* Provocant enim saepius grammatici ad has, ut ita dicam, auctoritates, qualescunque sunt, ut eo se conferant, aut inde recedant. Itaque quaerendum est, et quid sibi velint vocabula illa et quantum in nostrum iudicium valere possint.

Ac scriptum legimus de *χρήσεως* et *παραδόσεως* discrepantia Etymol. Magn. 815, 17: *χρῆσις: διαφέρει δὲ παραδόσεως· χρῆσις μὲν γὰρ λέγεται ἡ τῶν ἀρχαίων ποιημάτων μαρτυρία, παράδοσις δὲ ἡ τῶν γραμματικῶν· οἷον τὰ μὲν Ὁμήρου καλεῖται χρῆσις, τὰ δὲ Ἀριστάρχου τοῦ γραμματικοῦ παράδοσις.* Quocum facit Apollonius Dyscolus: *περὶ συντάξεως* I, 10 (Bekkeri edit. p. 36), qui *παραδόσεως* esse dicit carminum textum purgare et critice percensere. Denique La Rochius: Homeriſche Textkritik p. 118 seqq. vocabulorum discrepantiam his verbis adumbrat: *χρῆσις* (usus) iſt die übliche, gewöhnliche, *παράδοσις* die richtige, begründete Schreibweiſe. Dieſelbe Bedeutung wie *χρῆσις* hat auch *συνήθεια* oder *τὸ σύνηθες.* — Codicis Veneti *Α* scholiis minime La Rochii firmatur doctrina, qui ne ipse quidem sententiam suam exemplis satis stabilire potest. Pergit enim paullo infra allatis

[1]) De *λέξεως* voce vide sis quae exposui in dissertationis meae pag. 10. seqq..

scholiis duobus, quibus non differt χρῆσις a παραδόσεως voce: „es ſcheint faſt, als ob erſt in ſpäterer Zeit χρῆσις die Bedeutung von συνήθεια bekommen habe." Ac profecto huic viri doctissimi sententiae fortasse exemplo esse potest scholion Ξ 328 σέο] ὀρθοτονητέον ..... ἡ δὲ χρῆσις ἐγκλίνει. Priora enim scholii verba sunt Herodiani (cf. Lehrs: Herodiani scripta tria em. p. 284 et Lentz: Herodiani reliquiae II, 90), ultima autem recentioris cuiusdam grammatici, qui lectionem vulgarem plurimorum codicum encliticam esse dicit. At reliqua codicis scholia, quae huc spectant, ad unum omnia La Rochii et Etymologici doctrinae repugnant: Herod. *B* 592 καὶ ἐπείσθη αὐτῷ, sc. Ἀριστάρχῳ, ἡ πλείων χρῆσις, et Herod. *I* 393 ἡ δὲ πλείων χρῆσις, ὧν ἐστι καὶ Ἀσκαλωνίτης, ὡς σώζωσι, sc. προπαροξύνει σώσι formam. Itaque χρήσεως vocabulum *B* 592 pro παραδόσεως aliorum scholiorum positum est, cf. Herod. *A* 239 λίς] ὁ μὲν Ἀ. ὀξύνει ..... καὶ οὕτως ἐπείσθη, sc. αὐτῷ, ἡ παράδοσις; *I* 393 quoque luce clarius est τὴν τῶν πλείων χρῆσιν, quorum in numero Ascalonites quoque invenitur, non codicum veterum sed grammaticorum potius lectionem sive testimonium esse posse. Hanc igitur vocis provinciam, ubi ad παράδοσιν accesserimus, explicabimus. Cetera vero huius vocabuli scholia a libelli nostri re aliena sunt. Neque enim scriptura maioris minorisve auctoritatis χρῆσις ibi est, sed in universum vim grammaticam, non criticam exhibet. Homeri aliorumque **dicendi usus** significatur[1]), e. g. Herod. *A* 129 ἔστι δὲ καὶ τὸ τῆς χρήσεως τῆς Ὁμηρικῆς ἰδίωμα παραφυλάξαι οὕτως, ὡς ὅτι ..... οὐδέποτε ἐπιφέρει τὸ πόλις, sc. post Τροίην nominis formam: vocabuli alicuius usus Homero vel aliis expeditus intellegitur, e. g. Herod. *K* 38 ἐπίσκοπον] χρὴ δὲ νοεῖν, ὅτι πολλὴ ἡ χρῆσις τοῦ ὀνόματος παρὰ τῷ ποιητῇ ἐν ἁπλότητι καὶ ἐν συνθέσει; simm. *M* 158 .... τὸ ταρφὺς ἀρσενικόν, οὗ πολλαὶ ἦσαν χρήσεις παρὰ τοῖς παλαιοῖς καὶ παρ' Ὁμήρῳ. Atque haec vocis notio omni occurrit aetate, apud Didymum *B* 266, saepissime apud Herodianum *A* 493 *B* 557 *K* 38 *M* 20 etc., denique ἡ ἐθνῶν χρῆσις, sc. nominis proprii Καρησός, apud recentiorem *B* 380. Itaque χρῆσις in his quidem scholiis est aut **Homeri dicendi ratio**, aut vocabuli alicuius eiusve formae usus. Rarius τῆς παραδόσεως vocis locum obtinet, uno fortasse[2]) loco re vera veterum carminum testimonium est (Etymol. Magn.), nusquam „die gewöhnliche Schreibweiſe", (La Roche).

Παράδοσις, ut supra demonstravimus, teste Etymologico Magno est: ἡ τῶν γραμματικῶν μαρτυρία; atque additur ad rem explicandam: οἷον (velut) τὰ Ἀριστάρχου τοῦ γραμματικοῦ. Inde Wolfius: Prolegomena p. CCXLI collegit παράδοσιν semper esse Aristarchi textum; nam: ex quo, inquit, Aristarchea ἀνάγνωσις facta erat παράδοσις (vulgata lectio, vulgatus textus) etc.. Necnon Wilamowitz: Homeriſche Unterſuchungen p. 387 idem contendit: Sie (die ariſtarchiſche Lehre) bildete den Inhalt der παράδοσις: Huic tamen sententiae iam illud οἷον ipsius Etymologici obstat, obstant praeterea codicis A scholia. Invenimus enim Herod. Φ 162 καὶ διελέγχει ἡ παράδοσις τὸν Ἀρίσταρχον ἔχουσα τὸ τ. Oppositae igitur sunt inter se Aristarchi et παραδόσεως lectiones, vide sis praeterea *N* 391 et *A* 386 etc.. Itaque cavendum est, ne temere παράδοσιν ubique aristarcheam esse credamus.[3]) At in universum grammaticorum doctorum doctrina παράδοσις vocatur, cui rei testes sunt Etymologicum Magnum et Apollonius Dyscolus, denique La Roche, quem tamen ex his demum fontibus hausisse in aperto est. Sed quid? quod legimus Herod. *N* 391 νείκεσι] οὕτως δὲ καὶ Ἀλεξίων. ὁ δὲ Ἀσκαλωνίτης ὡς εὐγενέσιν, ὅπερ καὶ ἐχρῆν· sequitur iam, quibus ex legibus vocis ultimae syllabae accentus tribuatur;

[1]) Quodsi ita interpretaberis Etymologici verba οἷον τὰ μὲν Ὁμήρου καλεῖται χρῆσις, verum profecto vidit Etymologici loci illius auctor; sed vide, ne cetera Etymologici verba obstent interpretationi tuae.

[2]) Nam de Ξ 328 quoque, utrum veterum sit an non aequalium codicum scriptura χρῆσις, dubitari posse, nemo est, quin videat.

[3]) cf. Ludwich. l. c. II, 218.

deinde pergit: *ὅμως μέντοι ἡ παράδοσις τὸ νείκης ..... βαρύνει?* Hoc igitur quoque loco non conspirat *παράδοσις* cum Ascalonitae (Herodianique) grammatici doctrina. At rem habet cum Alexione. Habeat. Alexionem secutam esse *παράδοσιν* e verborum indole perspici nequit. Iam quid habemus, quod hoc loco *παράδοσιν* dici textum vulgarem, grammaticorum studiis aut curis adhuc intactum et carentem negemus? Agete cetera codicis scholia accuratius perlustremus!

Duo eorum genera facillime discernuntur Alterius generis exemplum est Herod. *A* 129 *Τροΐην*] *οὕτως Ἀ. τρισυλλάβως ..... καὶ ἐπείσθη αὐτῷ ἡ παράδοσις;* idem Herod. *A* 138 *E* 289 *I* 605 *Λ* 239, 480 *N* 103 *O* 302 *Π* 185 *Σ* 191 *T* 357 *Υ* 357; simm. Herod. *H* 289 *πινιτὴν*] *Ἀ. ὡς καλήν, καὶ ἐπεκράτησεν οὕτως ἡ παράδοσις.* Ubique Aristarchi auctoritatem *παράδοσις* hic subsequitur, Alexionis autem Her. *N* 391, Tyrannionis *A* 406 *P* 40, Ascalonitae *T* 62, denique aliorum ignotorum Herod. *A* 385 *I* 449 *O* 619, 705 *Π* 47 *T* 335 *Ψ* 266 *Ω* 316. Sed ut virorum auctoritate ita legum quoque grammaticarum pondere *παράδοσις* ducitur et commovetur; commovetur autem vocabulorum notatione Herod. *Φ* 38, forma *(παρασχηματισμῷ) Θ* 178 *M* 276 *Π* 47. Itaque his locis probari videtur Etymologici *τῆς παραδόσεως* interpretatio; attamen interest aliquid inter hanc vocis interpretationem veramque eius notionem. Nam ipsis scholiorum verbis docemur grammaticorum testimonia non ipsam *παράδοσιν* esse, sed *ἐν τῇ παραδύσει* tantum contineri, ut saepissime ibi occurrant grammaticorum testimonia, quippe quos sequi soleat *παράδοσις*. Quaestio iam est, quomodo sequatur haec *παράδοσις* illas grammaticorum sententias, ne pluris *παραδίσεως* lectiones faciamus. Respondendum est saepius abesse omne hac in re iudicium ac rationem, e. g. Herod. *E* 289 utrum cum spiritu pronuntianda sit *ταλαύρινον* vocis litera $\overline{\rho}$, necne agitur. Dubitari non potest, quin verum vidisse Herodianus existimet Tryphonem, qui cum spiritu pronuntiat. Tamen *παράδοσις* Aristarchi verbis audiens esse mavult. Herod. *Λ* 480 *λῖν* vocem distincte legibus allatis circumflectendam esse Herodianus dicit. Nihilominus *ἡ παράδοσις* ab Aristarchi partibus stat, qui sono enuntiat vocabulum acuto. Conferas velim Herod. *Θ* 178 *I* 605 *N* 391 *Ω* 316, ut simul intellegas non ubique Aristarcho soli *παράδοσιν* oboedientem esse.

Quae cum ita sint, si has locutiones respicimus, e. g. *καὶ ἐπείσθη ἡ παράδοσις αὐτῷ*, Etymologici auctor et qui eum laudaverunt, non ita multum a vero aberraverunt: Grammaticorum lectiones re vera *ἐν τῇ παραδύσει* continentur, ac plerumque Aristarchi; neque tamen ipsa tota plane *παράδοσις* grammaticis debetur. Itaque in his quidem ac longe plurimis scholiis *παράδοσις* vocatur **cohors illa maxima editionum vilium, quae e librariorum non prorsus indoctorum manibus ipsa Alexandrinorum aetate sive paullo post exeuntes aliqua grammaticorum doctrina ac sapientia imbutae sunt.** Atque in re erat, ut in Aristarchi potissimum assectatorum numero, quae erat tunc illius auctoritas, editiones illae conspicerentur. Spectant denique huc scholia illa *B* 592 et *I* 393, ubi *χρῆσις* vox eadem ratione usu venit.

Transimus ad alterum scholiorum genus. Herod. *E* 31 *Ἄρες Ἄρε.*] *Ἰξίων δὲ τὸ δεύτερον ῥῖνει ..... οὐχ οὕτως δὲ ἔχει ἡ παράδοσις. Γ* 344 *διαμετρητῷ*] *Ἀ. περισπᾷ, καὶ οἱ ἄλλοι. καὶ οὕτως ἔχει ἡ παράδοσις. I* 614 *ἵνα μή μοι*] *ὁ Ἀσκαλωνίτης ἀναγινώσκει ἵνα μὴ μοι ..... καὶ ὑγιῶς φησίν. ἡ μέντοι παράδοσις ἐγκλιτικῶς ἀνέγνω ..... καὶ ὁμοία ἐστὶν ἡ πλάνη κτλ.. Υ* 72 *σῶκος*] *οὕτω δὲ δώσουσι καὶ προσκείμενον τῷ ω τὸ τ τῆς παραδόσεως οὐχ οὕτως ἐχούσης. Φ* 162 *ἁμαρτῇ*] *Ἀ. ἀποκοπὴν εἶναι βούλεται τοῦ ἁμαρτήδην . .... καὶ διελέγχει ἡ παράδοσις τὸν Ἀ. ἔχουσα τὸ τ.* Quorum scholiorum disputatio non paucas movet dubitationes. In illis enim scholiis, de quibus supra demonstravimus, unde penderet *παράδοσις* sive traditio, facillimum erat ad perspiciendum; in his vero, quid sibi velit, prorsus in tenebris est. Dissentit cum Ixione *E* 31, cum Ascalonita *I* 614 *N* 391 *Π* 47,

cum aliis quibusdam *Y* 72, cum Aristarcho *Φ* 162; consentit cum Aristarcho *Γ* 344. Ex reliqua vocis notione, quo primum adducimur, si concludimus, hic quoque textum illum vulgarem aequalium aut veterum grammaticorum doctrina expolitum subaudimus. At his locis horum illorumve grammaticorum lectiones non probat tantum, sed reprobat quoque *παράδοσις* et ipsa quasi suas ac genuinas praebet lectiones. Atque adeo valet haec *παράδοσις*, qua vel ipsius Aristarchi sententia refutari possit. Neque vero reicitur Aristarchus causis, quas sequitur *παράδοσις*, gravissimis: provocatur potius ab Herodiano his locis tanquam ad vim auctoritatemque maiorem. Ille autem textus, quem supra tam saepe caecum deprehendimus Aristarchi aliorumque laudatorem, quin tantam vim sibi vindicare possit, quis est, quin dubitet? Itaque his locis **melius atque vetustius simul editionum genus** *παράδοσιν* subaudiamus necesse est. Dixerit forte quispiam scholio *I* 614 fusius explanari huius *παραδόσεως* errorem gravissimum *(ὁμοία ἡ πλάνη κτλ.)*, ut non differat haec *παράδοσις* ab illa, quam supra descripsimus. At mendosam esse posse hanc quoque traditionem cur negare debemus, cum vel ipse Aristarchus saepius erraverit? Repugnare denique videtur *Γ* 344 *διαμετρητῷ*] *Ἀ. περισπᾷ, καὶ οἱ ἄλλοι. καὶ οὕτως ἔχει ἡ παράδοσις.* Duo igitur primo loco auctoritatis genera excitantur, Aristarchus et alii, procul dubio grammatici. Quae vero sequuntur verba nescio an ita interpretari liceat, ut tertium auctoritatis genus illis oppositum et additum subintellegamus.

Sed ut tandem totius disputationis summam breviter explicemus, *παράδοσις* (duobus locis *χρῆσις*) plerumque est: **1) textus vulgaris post Aristarchum aliosque grammaticos paratus eorumque doctrina exornatus.** Neque tamen pluris ducendus est ille textus, cum tam saepe illorum auctoritatem sine ullo iudicio, quam eorum rationes sequatur. Nonnullis autem locis *παράδοσις* significat **2) gravius editionum genus,** atque Ludwichius I, 13 scholii *Φ* 162 *παράδοσιν* intellegit **codices amplissimos, qui vel Aristarcho obici possint.**

Tertium quod huc pertinet vocabulum *συνήθεια* est. La Roche p. 118 interesse quidquam inter *χρῆσιν* et *συνήθειαν* sive *τὸ σύνηθες* negavit. Accuratius in rem inquisivit Jacobus Wackernagel in Mus. Rhen. n. s. 1876 p. 433: Herodian und Nikanor. Apud Nicanorem *συνήθειαν* esse contendit textum vulgarem, apud Herodianum vero sermonem vulgarem (Gemeinſprache). *Τῆς χρήσεως* vocis notionem omnino non respicit, sed ne *συνηθείας* quidem notiones apud Herodianum exhausit.

Atque in *συνηθείας* substantivo primum cum Wackernagelio quaerendum est, quisnam exerceat vocabulum. Exercent autem Herodianus, Aristonicus, Nicanor. Scriptum legimus apud Herodianum *K* 38 *ἐπίσκοπον*] *Ἀ. ὡς κατάσκοπον ..... καὶ γὰρ ἤδη ἡ συνήθεια ἐπίσταται τὴν τοιαύτην σύνθεσιν.* Scholii locutione ac vocibus illis *ἤδη* et *ἐπίσταται* potissimum satis lucide apparet *συνήθειαν* hic non subintellegendum esse illud, quod La Rochio teste[1]) *χρῆσις* est, sc. die unbegründete (traditionelle) Schreibweiſe, sed **sermonem vulgarem sive cotidianum.** Nam scholii conditio haec est: *ἐπίσκοπον* vox pro composita haberi potest. Quod ne faciamus nihil obstat, cum iam in sermone cotidiano haec vocis compositae forma usu veniat; simm. Herod. *E* 39. Apud Aristonicum eadem occurrunt: *P* 201 *ἡ διπλῆ, ὅτι οὕτως εἴρηκεν καταθύμιον ἀντὶ τοῦ κατὰ ψυχήν ἐστι ..... ἡμεῖς δὲ ἐν τῇ συνηθείᾳ λέγομεν καταθύμιον τὸ ἀρεστόν;* simm. *P* 202. Praeterea aliorum codicum huc pertinent scholia Herodianea *χ* 347 et *λ* 286. Scholii *λ* 286 verbis reici eam vim, quam apud Herodianum voci tribuit, Wackernagelius l. c. negat haud scio an non propter mendosam scholii ac dubiam formam.[2])

[1]) Sed vide supra, ubi refutavimus hunc errorem.

[2]) De qua vide Ludwich l. c. I, 589. Nititur ibi vir doctissimus Bekkeri scholiorum Iliacorum editione, quem p. 828a ceteros huius vocis locos comportasse dicit. Nos librum illum clarissimum inspicere non potuisse, cum manibus non teneremus, valde dolemus.

Sed altera quoque vocis vis occurrit apud eundem Herodianum e. g. *A* 277 *Ἀρίσταρχος ἀποφαίνεται, ὡς κατὰ τὴν Ὁμηρικὴν συνήθειαν τὸ ῥῆμα κατὰ τὸν ἐνεστῶτα ἀπὸ τοῦ ε̄ ἄρχεται*, i. e. secundum Homeri **dicendi rationem** verbum incipit etc.; simm. *B* 585 et *Ω* 318 *παρὰ τὴν συνήθειαν τοῦ ποιητοῦ*, i. e. contra poetae consuetudinem atque usum. His igitur scholiis *συνηθείας* notio recedit ab illa, quam modo explicavimus, et rem habet cum *χρήσεως* vocis vi, sed aliam atque La Rochius l. c. exposuit: vocabulorum neutrum est „die traditionelle Schreibweiſe", utrumque esse potest Homeri dicendi ratio. Quae cum ita sint, ut *συνήθεια* vox apud Herodianum collocata sit aut pro sermone vulgari aut pro Homeri dicendi ratione, ab Herodiano quoque abroganda esse videntur haec scholii *A* 441 verba: *ἃ δείλ'*] *ἐπεὶ μετὰ τὰς προσαγορευτικὰς ἀνάγκη στίζειν, ὡς καὶ ἡ συνήθεια μαρτυρεῖ στίζουσα μετὰ τὴν δευτέραν λέξιν.* Lehrsius: Herodiani tria scripta p. 266 et Lentzius: Herodiani reliquiae II, 76 totum scholium Herodiano ascripserunt. Necnon Friedlaenderus: Nicanoris reliquiae p. 37 Lehrsium sine dubio secutus Nicanori hunc locum abiudicavit. Verum vidisse existimo Ludwichium I, 331, qui partem scholii nostra verba sequentem e Didymi ubertate manasse dicit atque pergit: aus Nikanor und Herodian zuſammengezogen. Nicanoris sunt verba supra transcripta, Herodiani quae sequuntur de accentu, postrema Didymi. Atque affirmatur haec Ludwichii coniectura cum aliis rebus tum hoc *τῆς συνηθείας* vocis usu ac notione a Nicanore neque ab Herodiano trita. — Apud Herodianum igitur et apud Aristonicum *συνήθεια* vox **sermonis vulgaris** notionem, apud Herodianum praeterea **Homeri dicendi rationis** vim amplectitur.

Tertia vocabuli notio **textus vulgaris** apud Nicanorem solum invenitur. — Nicanoris loci rari non sunt: *A* 106 *ἡ συνήθεια μετὰ τὸ κακῶν στίζει;* simm. *O* 437 *Ψ* 330, 336. Nic. *B* 681 *ἡ δὲ συνήθεια συνάπτουσα τὰ τοιαῦτα;* simm. *N* 623 *O* 346 *Π* 46 *Φ* 370 *Ψ* 648. *M* 236 *ἡ πρώτη λέξις ὑπὸ τῆς συνηθείας τοῖς ἄνω προσδίδοται*, simm. *Π* 306. Oppositi autem sunt *τῇ συνηθείᾳ „τινὲς"* *I* 57 *ἡ μὲν συνήθεια στίζει .... ἐπεὶ δέ τινες*, deinde *„ὁ λόγος"*, i. e. loci sensus ac ratio *A* 186 *ὁ λόγος αἱρεῖ στίζειν τελείᾳ ἐπὶ τὸ ταχεῖα .... ἡ δὲ συνήθεια καὶ τὰ τοιαῦτα συνάπτει*, simm. *O* 158; denique „ipsius Nicanoris sententia" *N* 623 *ἡ μὲν συνήθεια πάλιν συνάπτει ἕως τοῦ κύνες· δύναται δὲ καθ' ἑαυτὸ λέγεσθαι μόνον τὸ κακαὶ κύνες.* Saepius *τῆς συνηθείας* distinctio Nicanori probatur, atque ab eo causis congestis stabilitur, e. g. *A* 106, saepius vero mendosam interpunctionem eius esse ostendit, ubi *λόγος* (Friedlaender p. 27: ratio) aut ipsius aliorumve melior doctrina repugnat, e. g. *A* 186 et *N* 623. Qua in Nicanoris ratione in aperto est *συνήθειαν* ab eo significari eam **distinctionem atque talem carminum textum**, quem **omnium manibus tritum** deprehendit. Cuius generis textum eiusque lectiones non inepte La Rochius cognominavit: die unbegründete Schreibweiſe, quam vim tamen *χρήσεως* voci tribui non posse iam supra exposuimus.[1]) Ab hac vero vocabuli notione prorsus aliena est locutio illa scholii *α* 275 *ἡ ἀρχαία συνήθεια*, i. e. vetus scribendi ratio ante Euclidem usitata; de hac vide infra s. v. *ἀνάγνωσις*.

Cum *χρήσεως* voce ut conferret *συνήθειαν*, La Rochius adductus est iis locis, quibus *σύνηθες* adiectivum reperimus. Atque eadem ratione, qua substantivo duobus tantum scholiis Nicanor *τὸ σύνηθες* locutione utitur: *M* 145 *βέλτιον κατὰ τὸ σύνηθες ἐπὶ τὸ αἴξαντε διαστέλλειν*, et simm. *O* 97. Cetera vero aliorum sunt scholia aliumque exhibent veri adiectivi *συνήθης* sensum, quem cum *χρήσεως* congruentem esse facillime perspicitur. Didymi enim haec sunt scholia: *K* 349 offendit grammaticus in verbis *ὣς ἄρα φωνήσαντε*, quia numero utitur duali participii Homerus, quamquam Ulixes solus locutus est; tamen lectionem vehementer probat: *σύνηθες γὰρ αὐτῷ τὸ*

[1]) A *παραδόσεως* vocabulo *συνήθεια* discedit, quod illa semper nititur aut auctoribus aut causis rationibusque, haec nusquam, nisi ipse Nicanor demum addit.

τοιοῦτο, i. e. talia **in Homeri consuetudine** sunt; simm. Σ 182. Π 466 δοκεῖ διὰ τούτων συγχεῖσθαι ἡ διαφορὰ τοῦ βαλεῖν καὶ οὐτάσαι ..... καὶ μήποτε γραφή τις ἐφέρετο, δι' ἧς τὸ τῆς λέξεως σύνηθες ἐφύλασσεν Ὅμηρος. Addubitat Didymus codicum fidem, cum ἔβαλεν τοῦ οὔτασεν loco postulet, nam fallacem voci tribui **notionem**, iustam autem et **usitatam** respui atque cum τοῦ βαλεῖν sensu confundi; simm. Ω 304. Promiscue ab eodem usurpantur ἔθος et εἰωθέναι vocabula, quibus simul optime illustratur ille τοῦ σύνηθες adiectivi sensus: Κ 408 πῶς δαΐ] ..... ὁ δὲ Ἀ. παρέλαβε ..... ἔλλειψιν ἄρθρου καὶ τοῦ δαΐ σύνταξιν μετὰ τὸ πύσμα. οὕτως γὰρ αὐτῷ ἔθος; quocum conferas velim Κ 349 σύνηθες γὰρ αὐτῷ τὸ τοιοῦτο. Ω 304 iuxta ponuntur σύνηθες et εἰωθέναι: ἀθετεῖται, ὅτι παρὰ τὸ σύνηθες (i. e. praeter consuetudinem) αὐτῷ χέρνιβον τὸ ἀγγεῖον τὸ ὑποδεχόμενον τὸ ὕδωρ, ὡς ἡμεῖς· τοῦτο δὲ αὐτὸς εἴωθε καλεῖν λέβητα. Itaque σύνηθες adiectivum apud Didymum usu venit, ut indicet poetae **dicendi rationem** usu exercitatam. Τὸ σύνηθες substantivum autem apud Nicanorem non recedit a συνηθείας substantivi usu ac vi, ut ipsum quoque significet **textum illum vulgarem.**

Restat, ut mentionem faciamus scholii illius Herodiani Α 168 Ἀ. γράφει ἐπεί κε κάμω ..... οὕτως ἡ συνήθης ἀνάγνωσις. Sed quoniam ἡ συνήθης ἀνάγνωσις genus est τῆς ἀναγνώσεως, magis in rem esse videtur primum in universum de ἀναγνώσεως voce disserere, deinde singula eius genera enumerare atque explicare.

III.

Cognitis editionum et librorum grammaticorum nominibus et pertractatis iis vocabulis, quibus textus homerici genera varia significantur, transimus nunc ad eas voces explicandas, quibus ipsae variae lectiones denotantur. Quarum primo loco disputanda est ἀνάγνωσις. Dionysius Thrax apud Imm. Bekkerum anecdot. graec. II, 269 dicit primam artis grammaticae partem esse ἀνάγνωσιν ἐντριβῆ κατὰ προσῳδίαν, id quod paullo post sic explicat: ἀνάγνωσίς ἐστι ποιημάτων ἢ συγγραμμάτων ἀδιάπτωτος προφορά. Ἀναγνωστέον δὲ καθ' ὑπόκρισιν, κατὰ προσῳδίαν, κατὰ διαστολὴν κτλ.. E Dionysii scholiastarum ineptiis copiosis non ita multum lucri facere possumus, nisi interpretationem illam τῆς ὑποκρίσεως. Scriptum enim legimus ibidem II, 743, 31: καθ' ὑπόκρισιν (=) κατὰ μίμησιν et p. 744, 1 ὑπόκρισίς ἐστιν ἁρμόζουσα τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις ἔν τε λόγῳ καὶ σχήματι. Nostra autem aetate huius vocis mentio fit apud La Rochium: Homeriſche Textkritik p. 87 seqq., qui τὴν κοινὴν ἀνάγνωσιν aut τὰς κοινὰς ἐκδόσεις esse contendit vulgatam antearistarcheam. Tamen ipse iam monuit (adnot. 109) Nitzschium: Anmerkungen zur Odyſſee III, 337, τὴν κοινὴν Aristarcho minorem esse censere. Ex reliquis autem La Rochii verbis elucet τῇ κοινῇ ἀναγνώσει malum (φαῦλον) contineri textum, contra τῇ τετριμμένῃ et τῇ συνήθει et τῇ κατειθισμένῃ non malum, sed vulgarem tantum. Eadem fere apud Wackernagel: Mus. Rhen. 1876 p. 433: Herodian nennt die Vulgata παράδοσις und κατειθισμένη oder συνήθης ἀνάγνωσις. Denique Leidenroth l. c. s. v. ἀνάγνωσιν intellegit et vocum et enuntiatorum pronuntiationem. Interesse aliquantum inter virorum doctorum interpretationes quis est, quin intellegat? Dionysius pronuntiationem quandam sive singulorum vocabulorum (κατὰ προσῳδίαν), sive enuntiatorum (καθ' ὑπόκρισιν et κατὰ διαστολὴν)[1] ἀνάγνωσιν evolvit; La Rochius et Wackernagel hac vocis notione neglecta Homerici textus speciem subintellegunt. Nostra scholia utriusque generis exempla praebent, ut iniuria Leidenrothius l. c. adiectiva voci apposita praetermisisse mihi videatur.[2])

[1]) Dionysii vero scholiastam si sequimur, etiam ἡ κατὰ διαστολὴν ἀνάγνωσις de singulis vocibus earumque litteris recte inter se coniungendis ac dirimendis est; cf. Bekkeri anecdot. p. 745, 14 seqq..

[2]) Non negaverim ad ipsissimum eius consilium non vocabulorum significationes pertinere, sed ipsorum scholiorum originem; unde fluxit sine dubio eius ratio.

Plerumque Herodiano usu venit *ἀνάγνωσις* vox, qua explicat doctrinas suas de **vocabulorum pronuntiatione**, utrum accentus acutus an gravis iis tribuendus sit, utrum pro compositis, an pro simplicibus voces habendae sint, etc.. Atque haec est multorum scholiorum conditio, ut dubitare possis, utrum sit *ἀνάγνωσις* re vera vocis pronuntiatio, an potius lectio codicum grammaticorumque auctoritate probata aut improbata, quoniam profecto minime differunt inter se pronuntiatio et lectio ita, ut quasi ipsius natura abeat pronuntiatio in lectionem, ubi libris tradita est per scripturam litteris expressam atque oculis legendam. Tamen principalis illa notio semper respicienda est. Initium igitur capimus ab his locis, ubi procul dubio pronuntiationem subaudies *ἀνάγνωσιν*: Herod. *B* 339 *συνθεσίαι*] *ὅσοι δὲ προπαροξύνουσι, πταίουσι· τῆς γὰρ μεταγενεστέρας Ἀτθίδος ἡ τοιάδε ἀνάγνωσις*, i. e. accentus acutus syllabae paenultimae tribuendus est, cum attica neque homerica sit pronuntiatio, qua antepaenultima tono afficitur. Quibuscum comparandum est schol. Herod. *B* 532 *συνήθης γὰρ ἡ τοιαύτη* (sc. *Αὐγειᾶς*, non *Αὐγείας*) *ἀνάγνωσις τῷ ποιητῇ, Ἰωνικωτέρα οὖσα*, i. e. usitata apud poetam haec pronuntiatio sive hic ultimae accentus, quippe qui magis conveniat cum dialecto ionica; simm. Herod. *B* 269, 599 *E* 683 *I* 614. Herod. *M* 20 *εἴπομεν δὲ ὅτι οὐ πάντως ἐπικρατεῖ ἡ ἐπὶ τῶν ἐθνῶν χρῆσις ἐπὶ τὴν Ὁμηρικὴν ἀνάγνωσιν*. In aperto est his quidem scholiis, ubi res est *περὶ ἀναγνώσεως* aut dialectorum aut gentium, aut ipsius Homeri, hanc vocem referendam esse ad vocabulorum pronuntiationem.

Neque tamen multum aut omnino non differt illorum scholiorum causa ab horum, quae nunc congeremus, ubi pro **lectione** esse *ἀνάγνωσιν* iam magis concedes. Herod. *B* 311 *στρουθοῖο*] *ὡς ἀπὸ ὀξυτόνου εὐθείας ἡ ἀνάγνωσις*. Licet et hoc loco disputet scholiasta de vocis accentu, tamen non de accentu dialecti ullius proprio, sed manuscriptis asservato agit, ut et de vocabuli pronuntiatione et de codicum lectione, qua indicatur illa, eum cogitasse verisimile sit; simm. *A* 396 *B* 592 *Γ* 280 *Z* 367 *O* 226. Sed de syllabis aut voculis coniungendis aut dividendis agitur Herod. *B* 557 *δυοκαίδεκα*] *Πάμφιλος τρία ποιεῖ καὶ κατὰ παράθεσιν ἀναγινώσκει. ἀφορμὴν δὲ ἔχει ἡ κατὰ σύνθεσιν ἀνάγνωσις τὴν ποιητικὴν χρῆσιν*. Quasi in medio igitur posita sunt haec scholia, ut inter lectionem et pronuntiationem titubare possis. Alia iam rei ratio est *B* 262 *αἰδῶ*] *ἔστιν οὖν ὁ λόγος ὑπὲρ τῆς Ἀριστάρχειου ἀναγνώσεως καὶ τῆς κατεγνωσμένης προσῳδίας οὗτος*, cf. *B* 585. Distincte igitur hoc loco commemorantur Aristarchi lectio et, quae cum ea arctissime conexa est, condemnata vocis pronuntiatio, sive accentus. Unde ius repetimus, ut eodem modo per **lectionem** vertamus atque explanemus has locutiones: Herod. *A* 294 *περὶ δὲ ταύτης τῆς ἀναγνώσεως ἐντελέστερον διαληψόμεθα. A* 2 *οἱ ἀπ' Ἀριστάρχου παραγγείλαντες διηνεκῆ τὴν ἀνάγνωσιν*; simm. *Γ* 198 *M* 193; deinde *Y* 357 *καὶ ἐπείσθη ταύτῃ τῇ ἀναγνώσει*, sc. *Ἀριστάρχου, ἡ παράδοσις; A* 175 *μητίετα*] *οὕτως Ἀ. ..... καὶ ἐπεκράτησεν ἡ ἀνάγνωσις*, sc. *αὐτοῦ*; simm. *Θ* 527 *Z* 422 *M* 158 *Ξ* 463 *X* 67. Eadem ratione *παράδοσις* usurpata est *H* 289 *I* 449 *Λ* 385 etc., ut *παράδοσις* hic significare videatur lectionem, quae iam facta est traditio, contra *ἀνάγνωσις* ipsas **singulas lectiones**. Idem denique sibi vult *ἀνάγνωσις* vox, sc. vocabuli pronuntiationem, apud Aristonicum *Θ* 233 et *Λ* 217, apud recentiorem *Λ* 539.

Ut **vocis pronuntiatio** *ἀνάγνωσις* est apud Herodianum et Aristonicum, ita **enuntiati pronuntiatio** sive **recitatio**, quo vocabulo nos quidem nostra aetate uti solemus, apud Nicanorem dicitur[1]) Quod ut dilucide perspiciatur, paullo fusius scholii *I* 46 causam explicemus necesse est.

εἰ δὲ σοὶ αὐτῷ θυμὸς ἐπέσσυται ὥστε νέεσθαι,
ἔρχεο· πάρ τοι ὁδός, νῆες δέ τοι ἄγχι θαλάσσης.
ἀλλ' ἄλλοι μενέουσι καρηκομόωντες Ἀχαιοί,
εἰς ὅ κε περ Τροίην διαπέρσομεν. εἰ δὲ καὶ αὐτοὶ
φευγόντων σὺν νηυσὶ φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.]

[1]) cf. Leidenroth l. c. s. v.

ἄνωθεν καὶ ἐκ παλαιοῦ τὰ τῆς ἀναγνώσεως ἐζήτηται. καὶ οἱ μὲν λείπειν φασὶ τὸ θέλουσιν, ὑποστίζοντες ἐπὶ τὸ αὐτοί· οἱ δὲ κοινὸν ἄνωθεν λαμβάνουσι τὸ ἐπέσσυται ὥστε νέεσθαι, εἶτα φευγόντων σὺν νηυσὶ ἀντὶ τοῦ φευγέτωσαν· ἄμεινον δὲ ὑφ' ἓν μὲν ἀναγινώσκειν, εἰ δὲ καὶ αὐτοὶ φευγόντων, στίζειν δὲ ἐπὶ τὸ γαῖαν, ἵνα ..... τὸ δὲ λεγόμενον τοιοῦτον ἦ, ἄγε δὴ καὶ οὗτοι φευγέτωσαν εἰς τὰς πατρίδας. Res haec est: Homeri verba, quae traduntur, variam admittunt distinctionem et pronuntiationem, sc. enuntiati. Itaque iam multo ante verborum elocutio in grammaticorum quaestionibus erat. Atque duplicem excogitaverunt viri docti ante Nicanorem, quarum tamen nulla Nicanori probatur. Aliam potius ac meliorem proposuit, ut *εἰ* illud intellegat collocatum pro *ἄγε* coniunctione adhortativa. Quare non de singulorum vocabulorum aut totius enuntiati forma, varie manuscriptis asservata *ἀνάγνωσις* est, immo de verborum elocutione ac pronuntiatione, quae quidem indicatur enuntiati distinctione. Similia in reliquis Nicanoris scholiis exstant: *A* 351 *ἀμφίβολος ἡ ἀνάγνωσις*, i. e. anceps enuntiati pronuntiatio, cf. *Ξ* 330. Denique *A* 88 *βελτίων ἡ συνήθης ἀνάγνωσις*, i. e. melior vulgaris est pronuntiatio, et *Ξ* 1 et *Γ* 242 ipsius fere distinctionis loco *ἀνάγνωσις* esse videtur.[1])

Duo restant scholia hic tractanda. Miram enim vim, si quidem negligenter rem percurreris, *ἀνάγνωσις* vox sibi vindicat Herod. *E* 887 *ζως*] *τὸ δὲ ζώς ..... δεῖ ὀξύνειν, ἐγκλίνειν δὲ ἐν ταύτῃ τῇ ἀναγνώσει. Y* 311 *ὅτι περισσὸς ὁ κέν, καὶ ἔστι τὸ ἑξῆς, ἢ ἐρύσεις, ἢ αὐτὸν ἐάσεις. ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τὰς τοιαύτας ἀναγνώσεις, ὅτι „πρῶτον μέν, ἔπειτα δέ κ' αὐτὸς ὀνήσεαι"*; Homeri enim verba sunt: *ἤ κέν μιν ἐρύσσειαι, ἤ κεν ἐάσεις.* Huius potissimum scholii verba intellegere nequeo nisi ita, ut *ἀνάγνωσις* sit pro **ipsis enuntiatis vel constructionibus.** Itaque sensus est: respiciuntur autem hac nota tales constructiones, quales etc.. Hanc vero vocis vim non multum recedere ab ea, quam supra demonstravimus, inde potissimum apparet, quod illic *ἀνάγνωσις* est singulorum vocabulorum pronuntiatio aut forma, hic complurium verborum compositio ac coniunctio. Itaque cum *συντάξεως* notione his locis *ἀνάγνωσις* facit, quam exposuimus in dissertationis nostrae: de syntacticae artis vocabulis propriis p. 15.

Accedimus denique ad adiectiva *τῆς ἀναγνώσεως* vocabulo apposita, ut genus quoddam *τῆς ἀναγνώσεως* denotetur. Ac scriptum legimus *κοινὴ ἀνάγνωσις* apud recentiorem *A* 465 *ἡ μέντοι κοινὴ ἀνάγνωσις παραπληρωματικὸν ἔλαβε τὸ τέ*, sc. in *ἄρα τ' ἄλλα*, ut legatur sive pronuntietur *ἄρα τἄλλα.*[2]) Herod. *B* 662 *ἡ μέντοι κοινὴ ἀνάγνωσις, ἡ κατὰ συστολήν, ἀφορμὴν ἔσχε κτλ.*. Herod. *Z* 355 *ἡ μέντοι κοινὴ ἀνάγνωσις ἀνέγνω ἐγκλιτικῶς ἀεὶ τὴν τοιαύτην σύνταξιν*; simm. *Ξ* 340. Apparet hic quoque *τῆς ἀναγνώσεως* sensum proficisci ab illo principali „pronuntiationis", ut optime vertamus locutionem *„συνήθης ἀνάγνωσις"* **pronuntiationem vulgarem.** Itaque cavendum est, ne opinemur his locis hanc locutionem esse pro illa notissima *αἱ κοιναὶ ἐκδόσεις.*

Sic potius eam interpretabimur Herod. *M* 33 *ἴῃ*] *ἡ μέντοι κοινὴ*, sc. *ἀνάγνωσις, ἴει ἐστὶν κτλ.* et *M* 404 *ἡ δὲ διαπρύ*] *οὕτως „οὐδὲ διὰ πρύ" αἱ Ἀριστάρχου. ἡ δὲ κοινὴ „ἡ δὲ διὰ πρύ."*[3]) Ipsis scholiorum verbis docemur quaestionem non esse, quomodo legenda aut intellegenda aut pronuntianda sint vocabula, eadem ubique memoriae tradita, sed duplicem et diversum exstare textum, ut alteram lectionem praebeant Aristarchus (*M* 404) aliique (*M* 33), alteram *ἡ κοινὴ ἀνάγνωσις*, i. e. **textus vulgaris, Vulgata**, ut Wackernagelii verbis utar; simm. *B* 175 *A* 652 *P* 202 *Y* 105 *Φ* 110 *Ψ* 387

---

[1]) Cave ne confundas hanc Nicanoris locutionem *συνήθης ἀνάγνωσις* cum illa Herodiani, de qua infra disseremus. Huius loci sensum esse distinctionem vulgarem e ceteris, quae attulimus, scholiis satis apparet.

[2]) Lehrsius et Lentzius ll. cc. ab Herodiano hoc codicis *A* scholion abrogaverunt, sed aliud eiusdem argumenti codicum B et L ei tribuerunt. Nos vero illud *κοινὴ ἀνάγνωσις* cur ei abiudicemus, non habemus, quippe quod alias quoque ab eodem usurpetur.

[3]) *ἡ ἔκδοσις*, cum nusquam laudetur, sed semper *αἱ ἐκδόσεις, ἀνάγνωσις* his locis ex mente addere non dubitabis.

Ω 247, 316. Contra inter hanc locutionem *ἡ κοινὴ ἀνάγνωσις* et locutiones *ἡ κατειθισμένη*, i. e. usitata, sive *τετριμμένη*, i. e. trita, exercitata, sive *συνήθης ἀνάγνωσις* discrepantiam explorare nequibam; cf. *B* 292 *τινὲς ἀνέγνωσαν ἄπο ἧς ἀλόχοιο ..... ἄμεινον δὲ πείθεσθαι τῇ κατειθισμένῃ ἀναγνώσει. B* 311 *ἔχει δὲ ἡ τετριμμένη ἀνάγνωσις ἀφορμὴν κτλ.*; cf. *Π* 47 et *B* 662 *ἡ μέντοι κοινὴ ἀνάγνωσις .... ἀφορμὴν ἔσχε. A* 168 *Ἀ. .... ἐπεί κε κάμω ..... καὶ οὕτως ἡ συνήθης ἀνάγνωσις, (τινὲς δὲ „ἐπήν“.)*; simm. *A* 277 *ἡ συνηθεστέρα ἀν.*; denique *Π* 90 *καὶ οὕτως ἔχει ἡ ἀμείνων ἀνάγνωσις*, quae verba conferenda sunt cum *A* 370 *οἱ ἀκριβῶς ἀναγινωσκόμενοι.* Memoria vix dignum etiam his locis saepius difficillime dictu esse, utrum *ἡ ἀνάγνωσις* intellegenda sit pronuntiatio, an potius lectio vulgaris, nisi forte distincte ascriptae sunt lectiones re vera variae. Erravisse autem La Rochium censeo, cum *τὴν κοινὴν ἀνάγνωσιν* semper deperditam *(φαύλην)*, cetera genera in universum vulgarem praebere lectionem existimet. Scholia ipsa ob hanc rem percurrentes *τῇ κοινῇ* quoque *ἀναγνώσει* meliorem textum asservari observavimus; cf. *A* 465, *B* 175, 662 *Z* 355. Affirmatur autem hac re eiusdem viri sententia, qua *τῇ κοινῇ ἀναγνώσει* lectionem antearistarcheam significari suspicatur.

Reliquum est, ut afferamus illud *„ἀρχαία ἀνάγνωσις“*, e. g. *Γ* 122 *τοῦτο δὲ ἀξιοῖ καὶ Τρύφων ἐν τῷ α' περὶ ἀρχαίας ἀναγνώσεως*; simm. *E* 299. Subintellexerunt enim grammatici **vetustam illam scribendi rationem**, qua utebantur Graeci ante Euclidem, qua Homeri quoque carmina ante illum exarata erant. Accuratius de hac re disputavit et scholia collegit Ludwichius l. c. p. 11. adnotatio.

A substantivi *ἀναγνώσεως* usu ac vi non multum recedit verbum *ἀναγινώσκειν*. Itaque huius quoque notio principalis est **pronuntiare vocabulum**, neque lectiones variae eo denotantur, ut aliud textus vocabulum positum sit pro alio, aut alia vocis forma pro alia, id quod facillime e verbi versione concluditur. Atque rarius verbum apud Didymum et Aristonicum, sescenties apud Herodianum invenitur; variam tamen sibi occupat vim apud Didymum: Re vera de **pronuntiatione**, de accentu verbum est Did. *A* 156 *Ἀ. ὑγιῶς ἀναγινώσκει ἐπειγόμενοι ὡς τυπτόμενοι*; de re orthographica, ut **scribere** potius verbum vertere cogaris, agitur Did. *A* 1 *οὕτως ἀναγνωστέον διὰ τοῦ ἑνὸς λ̄*, sc. *Ἀχιλῆος*, simm. *M* 25; denique re vera **varie legere**, cum de verbis mutatis aut mutandis disputetur, verbum est Did. *A* 323 *χειρὸς ἑλόντ' ἀγέμεν*] *οὕτως „χειρὸς ἑλόντε ἄγειν“ Ἀ., ἵνα τὸ δυϊκὸν εὔσημον ᾖ· ἀμφίβολον γὰρ ἔσται, ἐὰν κατὰ συναλοιφὴν ἀναγινώσκωμεν.*[1])

Apud Aristonicum et Herodianum **„pronuntiare“** unus verbi sensus est, quocum interdum notio intellegendi sive interpretandi coniungitur. Ex Aristonici libro haec fluxerunt: de accentu Ar. *E* 269, sc. *θήλεας* pro *θήλεας*; simm. *K* 447 *Y* 53, 114, atque promiscue cum simplici verbo *γινώσκειν* usu venit *K* 447; de vocabulis enclitice pronuntiandis *A* 277 *Σ* 376; de litteris recte coniungendis aut dirimendis Ar. *H* 127 *ἐξ οὗ φανερός ἐστι ἀνεγνωκὼς μειρόμενος*, sc. pro *μ' εἰρόμενος*; simm. *B* 527 *Ψ* 886; *ὑφ' ἓν*, i. e. ut una efficiatur vox Ar. *Z* 319 et *Ξ* 500; de vocalium contractione Ar. *Γ* 150 *ἀσυναλείπτως*, i. e. *γήραϊ*, neque *γήραι*, et *A* 129 *Τροίην*] *διὸ καὶ ἐν τρισὶ συλλαβαῖς ἀναγινώσκεται*, sc. *Τροΐην*; denique de spiritu Ar. *M* 56 *ψιλῶς*, i. e. cum spiritu leni; simm. *M* 296 *Φ* 335.

Herodiano debentur haec scholia: de vocalibus plerumque corripiendis *X* 347 *κατὰ συστολήν*, sc. *κατέκτᾰ* pro *κατέκτᾱ*; simm. *B* 662 *Λ* 151; de accentu *H* 198 *ἐμὲ*] *ἐν ὀρθῇ τάσει ἀναγνωστέον*, i. e. cum suo tono, non enclitice; simm. *B* 764, 765 *I* 614 *N* 803; *A* 396 *κατ' ὀρθὸν τόνον*, simm. *A* 235 *O* 226, 241 *Σ* 64; *B* 262 *περισπωμένως*; *I* 614 *βαρυτόνως*, i. e. cum accentu syllabae ultimae gravi, plerumque tamen cum accentu acuto syllabae paenultimae, cf. *N* 734 *O* 335, 725 *P* 688 *Y* 452 *ψ* 440 *Ω* 8; *Σ* 352 *ὀξυτόνως*, i. e. cum ultimae acuto, simm. *N* 45; *Γ* 128 *ἐγκλιτικῶς*, simm. *Γ* 446

[1]) cf. Ludwich I, 189; Leidenroth s. v. Aristonicum auctorem suspicatus est.

Δ 534 *Z* 355 *I* 614 *Λ* 627 *O* 226 *Π* 90 *Ψ* 281 *Ω* 33, 292; *Δ* 2 *κατ' ἔγκλισιν; B* 150 *κατ' ἀναστροφήν*, i. e. cum accentu in syllabam antecedentem reiecto, e. g. *ἔπι* pro *ἐπί*, simm. *B* 292 *E* 178. Aliae denique de accentu locutiones sunt *Δ* 503 *νέων ὡς ξένων ἀνέγνωσαν*, simm. *Δ* 235 *E* 39, 638 *I* 529 *K* 38, 247 *Λ* 659 *T* 357 *X* 123 *Ψ* 291 *Ω* 17, 569; *P* 201 et *Φ* 155 *ἄλλως; Λ* 493 *παραλόγως*, *Σ* 319 *κατ' ἰδιότητα*, i. e. cum proprio accentu. De spiritu sunt *K* 266 *ψιλῶς* et *O* 365 *διαφόρως*, i. e. aliter, alio cum spiritu; de litterae alicuius elisione *Π* 41 *κατ' ἀποβολὴν τοῦ* $\overline{\varepsilon}$, sc. *ἴσκοντες* pro *ἔἴσκοντες*, simm. *Λ* 441. Idem fere sibi vult illud *ἀπολύτως ἀναγινώσκειν*, e. g. *Φ* 92 *μοὶ* pro *ἐμοί; Φ* 159 *Ω* 33. De litteris coniungendis sunt *Θ* 527 *συνθέτως*, aut *κατὰ σύνθεσιν*, i. e. ut vox effingatur composita; simm. *I* 449 *K* 38 *Λ* 395 *Ψ* 319 *Σ* 375; contra *P* 174, *δισυλλάβως*, *Δ* 235 *τετρασυλλάβως* et *τρισυλλάβως*, i. e. *κατὰ παράθεσιν*, ut separentur syllabae, et *O* 127 *διχῶς*, i. e. aut coniunctim aut disiunctim, et *Λ* 395 *κατὰ παράθεσιν*, i. e. disiunctim. De vocabulis componendis agitur *O* 678 *ὑφ' ἓν*; simm. *I* 426 *T* 90 *X* 349 *Ω* 567; *K* 19 *καθ' ἓν μέρος λόγου;* quibus contraria sunt verba *Ω* 657 *κατὰ διάλυσιν;* simm. *I* 342 *Y* 30.

Atque his potissimum, quae modo ascripsimus, scholiis de litteris ac syllabis recte consociandis facillime discimus, quomodo verbi notio varietur et mutetur. Non dubie et hic ubique subest notio pronuntiandi. Sed pendet saepissime pronuntiatio inde, quomodo interpreteris atque intellegas verba, ut saepius *ἀναγινώσκειν* verbum vertere possis **intellegere** sive **legere**. Cuius notionis exemplum maxime perspicuum est *Δ* 212 *κυκλοσ'*] *Ἀ. μὲν ὀνοματικῶς*, i. e. *κύκλος* substantivum intellegit, *Νικίας δέ .... κυκλόσε .... ἄμεινον αὐτόθεν ἀναγινώσκειν κυκλόσε*. Disputatio igitur orta erat, quomodo **intellegendae** aut **interpretandae** essent litterae *κυκλος*, utrum melius substantivum an adverbium iis effingi concederes; qua quaestione diiudicata simul explicatur vocis pronuntiatio, cf. *κύκλος* et *κυκλόσ'*, et enuntiati sensus. — Itaque illud semper memoria tenendum est vocabulo *ἀναγινώσκειν* apud Aristonicum et Herodianum nusquam significari veras lectiones varias, quibus altera vox mutatur cum altera, sed **illud tantum genus lectionum, quae aut vocabulorum aut syllabarum aut litterarum pronuntiatione aut interpretatione varia efficiuntur.** [1])

Pauca in hunc locum reservavi Herodiani scholia, ubi iam propius accedit verbi vis ad Nicanoris dicendi usum: Herod. *E* 638 *ἀλλ' οἷόν τινα*] *ἡμῖν δὲ δοκεῖ θαυμαστικώτερον ἀναγινώσκειν*, sc. *οἷον* pro *οἷον* Niciae, et *X* 285 *ἄλεναι*] *προστακτικῶς ἀναγινώσκειν δεῖ*, sc. modus imperativus haec forma est, non indicativus. Utroque loco ut supra agitur de vocabulorum pronuntiatione, illic de spiritu, hic de accentu: sed deducitur inde simul diversus enuntiati sensus, diversa enuntiati pronuntiatio. Quamobrem Herodianus *θαυμαστικώτερον* et *προστακτικῶς* quoque verbis utitur, cum aliis locis illud *θασέως* et *προπαροξυτόνως* adhibeat. An non aliter pronuntiabis enuntiatum, quo continetur aut imperativus aut exclamatio, aliter, si continetur argumentum simpliciter enarratum?

Haec autem *ἀναγινώσκειν* verbi vis: **pronuntiare** sive **recitare enuntiatum** apud unum invenitur Nicanorem. Nic. *Δ* 290 *τοῦ δευτέρου οὖν στίχου πευστικῶς ἀναγινωσκομένου*, simm. *Ξ* 299, i. e. ut enuntiatum interrogativum subaudiatur, ita pronuntianda sunt verba. *Δ* 231 *καθ' ἑαυτὸ τοῦτο ἀναγνωστέον*; simm. *K* 116 *Ξ* 330, i. e. per se, ut sola efficiant enuntiatum, legenda sunt verba. *Δ* 277 *ἔπειτα ἀπὸ ἄλλης* (saepius *ἑτέρας*) *ἀρχῆς ἀναγνωστέον*, ita verba recitanda sunt, ut aliud ab his incipiatur enuntiatum; simm. *B* 270 [2]) *E* 638 *H* 174 *I* 388, 673 *Λ* 150, 657 *Ξ* 148, 330 *O* 97 *Π* 84 *Σ* 86, 435. 591 *T* 42 *Φ* 55 *X* 20, 202, 286 *Ψ* 83, 592 640; saepius omittitur verbum *ἀναγινώσκειν*,

[1]) Verba *B* 764 *παρὰ γοῦν τῷ Ἡσιόδῳ ἀνεγνώκασι „ποδώκης δῖ' Ἀταλάντη"* sententiae nostrae vix repugnare possunt; nam etiam hoc loco re vera res est de accentu *ποδώκης* vocis.

[2]) Cur omiserit Friedlaenderus, nescio.

e. g. *X* 204. Contraria sunt verba *I* 46 *ἄμεινον δὲ ὑφ' ἓν μὲν ἀναγινώσκειν „εἰ δὲ καὶ αὐτοὶ ψευγόντων*, i. e. uno tenore pronuntianda sunt verba, ne plura existant enuntiata, sed unum, ut *εἰ* positum sit pro *ἄγετε*. Denique certum pronuntiandi genus non indicatur *K* 265[1]) *τοῦτο ὁμοίως τῷ προκειμένῳ ἀναγνωστέον;* simm. *K* 545 *Λ* 166. Unum reliquum est scholion Aristonici *B* 519 *Κυπάρισσον*] *ὁμωνύμως τῷ δένδρῳ ἀνεγνώσθη*, i.e. eodem quo arbor nomine **cognominata est** (?) urbs. Nam cavendum est, ne confundamus haec verba cum simillimis illis ac notissimis *„ὁμοίως" ἀναγνωστέον τῷ κτλ.;* nostro enim loco traditum est *ὁμωνύμως*. At quaeri profecto potest, an non melius legendum sit *ὁμοίως*. Quod si fecerimus, scholii res erit de *Κυπάρισσος* nominis accentu, ut hic eliciatur scholii sensus: *Κυπάρισσος* urbis nomini idem accentus tribuitur, qui nomini arboris *κυπάρισσος*. Atque haec Aristonici annotatio et haec potissimum verbi *ἀναγινώσκειν* vis multo magis convenire mihi videtur cum ceteris Aristonici scholiis et cum propria eius dicendi ratione.

Apud recentioris aevi grammaticos verbi usus non discrepat ab Herodiani aliorumque. De accentu sunt scholia *B* 307 *Γ* 1 *I* 106 *O* 155; de spiritu *O* 705; de litteris recte conectendis *Z* 319[2]) *Θ* 276 *Φ* 252[3]) *X* 29, 349; de elisione *Γ* 150. Denique digniora sunt, quae commemorentur, *K* 6 *ἀπὸ ἄλλης ἀρχῆς ἀναγινώσκειν* et *Ξ* 364 *ταῦτα κατ' ἐπερώτησιν ἀναγνωστέον*. Illius scholii dicendi genus, quamquam prorsus Nicanoris est, tamen ab eo Friedlaenderus haud scio an propter doctrinam abrogavit; cum huius vero locutione comparandum est Herodiani illud *πευστικῶς* aut *προστακτικῶς* *X* 285. — Habemus igitur sex, nisi mavis quattuor, *τοῦ ἀναγινώσκειν* verbi notiones: 1. pronuntiare vocabulum; 2. intellegere vel interpretari; 3. legere (varia re vera affertur lectio); 4. scribere (in rebus orthographicis); 5. pronuntiare enuntiata; 6. cognominare (?).

Quoniam demonstravimus *ἀνάγνωσιν* et *ἀναγινώσκειν* vocibus varias lectiones non denotari, nisi simul res est de vocabulorum enuntiatorumve pronuntiatione aut similibus, nunc breviter disserendum est de iis vocabulis, quibus verae lectiones variae, ut altera vox sit alterius loco, significantur.

Quorum primo loco collocandum est *γραφὴ* vocabulum. Atque hunc **variae lectionis** sensum, cui non pronuntiationis genus aut simile quidquam suppositum est, semper sibi apud Didymum vocabulum occupat. Did. *B* 111 *μέγα*] ..... *τὴν μετὰ τοῦ* $\overline{\sigma}$ *γραφήν;* sensus est: variae exstabant lectiones *μέγας* et *μέγα*, quarum alteram alteri probabant. Sed cum hic de una littera, tum de totis vocabulis varie traditis agitur Did. *Z* 76 *οἰωνοπόλων ὅχ' ἄριστος*] *Ἀμμώνιος προσφέρεται καὶ ταύτην τὴν γραφήν „μάντις τ' οἰωνοπόλος τε"*. Vocis sensus et usus ita planus est, ut reliqua Didymi scholia enumerasse satis habeamus: *Γ* 18, 226 *Δ* 3 *E* 118 *Θ* 526 *I* 349, 654 *K* 53 *N* 12 *Ξ* 37 *O* 252 *Π* 466 *Σ* 207, 492, 565 *Φ* 265. Sed scholion *Z* 121 ..... *εἰρήκαμεν Ἀριστάρχου εἶναι τὴν δυϊκὴν γραφήν*, sc. *ἰόντε* pro codicum *ἰόντες*, si perlegeris, in dubio esse poteris, utrum *γραφὴ* sit lectio varia, an magis constructio, ut hic fiat sensus: talem constructionem numerum dualem amplexam in Aristarchi consuetudine esse supra demonstravimus.

Duplicem enim hanc vim et variae lectionis et constructionis Aristonicus vocabulo attribuit. Varia lectio subauditur Ar. *Z* 4 *τοῖς γὰρ τοῦ ναυστάθμου τόποις ἡ γραφὴ συμφέρει*, sc. verba *μεσσηγὺς Σιμόεντος ἰδὲ Ξάνθοιο ῥοάων*, quae Aristarchus mutaverat cum codicum lectione: *μεσσηγὺς ποταμοῖο Σκαμάνδρου καὶ στομαλίμνης;* cf. Ar. *Π* 234 *K* 398. **Constructionem enuntiati** vero *γραφὴν*

[1]) Cf. Friedlaenderus: Nicanoris reliq. p. 206.

[2]) Forma scholii Aristonici est, argumentum Herodiani, id quod affirmatur proximo scholio, quod Herodiano tribuerunt Lehrsius et Lentzius. Neque tamen aut hi viri docti aut Friedlaenderus hoc scholium receperunt.

[3]) Cf. de hoc scholio Lentz: Herod. I, praefat. p. LXXXI.

esse interpretabimur Ar. *B* 284 *ὅτι αὕτη ἡ γραφὴ ἡ διὰ τοῦ γὰρ μετὰ τῆς προσηγορίας καὶ λόγον ἔχει* i. e. quia et haec constructio, qua *γὰρ* coniunctio cum vocativo coniungitur, sensum habet neque insana aut stulta est; cf. Friedlaenderum ad hunc locum. Alia constructionis forma, qua *γὰρ* coniunctio eiciatur, verbis editionum non opponitur. Itaque *γραφὴ* vox de ambigua lectione esse non potest.

Tertiam voci sententiam Herodianus subicit. Ex ipsis grammatici verbis eam explicare liceat. Herod. *A* 294 *εἰ δὴ σοί*] *οὕτως ὀρθοτονητέον τὴν ἀντωνυμίαν. διδάσκει καὶ ἡ γραφὴ διὰ τοῦ* $\overline{\sigma}$ *οὖσα· εἰ γὰρ ἦν ἐγκλιτική, ὁμοίως ἂν ἐγράφετο τῷ „εἰ δή τοι“.* Res igitur est de *σοί* pronominis accentu, qui ducitur ex vocis forma, quam *σοί* neque *τοί* esse contendit; neque haec scholii ratio est, ut re vera duae hae lectiones sive scripturae in codicibus memoriae tradantur; immo qui melius tradiderint codices, omnino non dubitatur, ut *γραφὴ* solum esse possit de vocis forma orthographica. Atque ut hic ita ubique fere apud Herodianum *γραφὴ* est **scriptura orthographica**, ut his verbis utar, non lectio critica. Haec opposita est lectioni codicibus proditae, cuius verba mutantur cum verbis lectionis criticae, illi contraria est alia vocis forma orthographica, quae quidem ferri posset, si per versus sensum et numeros liceret, at nusquam fertur. Idem sibi velle videtur Herod. *A* 396 *ἡ γὰρ γραφὴ*, sc. *σέο* pro *σοῖο, διελέγχει κτλ.*; simm. *K* 252 [1]) *Π* 207, 248.

Reliquis duobus Herodiani scholiis pro *ἀναγνώσεως* voce *γραφὴ* vocabulum adhibetur cum primo loco disputetur de vocalis **pronuntiatione**, altero loco de $\bar{\alpha}$ **littera recte adnectenda.** Herod. *B* 662 *κατέκτα*] disseritur de ultima vocis syllaba aut corripienda aut producenda; pergit deinde vir doctissimus: *οἶμαι δὲ ἀκόλουθον εἶναι ἐκείνῃ τῇ γραφῇ τῇ κομιζομένῃ ὑπ' Ἀριστάρχου „ὣς ἔμεν ὡς ὅτε δῖον Ἐρευθαλίωνα κατέκτα.* Aristarchus enim corripuerat *κατέκτα* illud versus *B* 662; quamobrem Herodianus huius versus pronuntiationem consentaneam esse pronuntiationi eiusdem vocis in versu *A* 319, quem descripsit, contendit. Supervacanea verba sunt de *A* 754 *Κράτης δὲ προκρίνει τὴν διὰ τοῦ* $\bar{\alpha}$ *γραφήν*, sc. *ἀσπίδεος, Ζηνόδοτος δὲ „διὰ σπιδέος“.* — Recentioris aevi grammatici Herodianum sequuntur, ut ipsi quoque de rebus orthographicis vocabulo utantur, e. g. *A* 566 *μαρτυρεῖ τὸ ἔασι τῇ διφθόγγῳ γραφῇ*, quocum conferas velim *Ξ* 241.

Necnon **verbum** *γράφειν* usurpatur **ad varias lectiones indicandas**, quibus verba inter se commutantur, plerumque tamen ab **Aristonico.** Atque ut vario modo sermoni inseritur apud eum vox, ita variis his locutionibus facillime variorum simul agnoscuntur grammaticorum lectiones. Quarum locutionum, qua semper fere Zenodoti nomen continetur, creberrima est illa: *ὅτι Ζηνόδοτος γράφει*, e. g. *A* 24 *Ἀτρεΐδῃ Ἀγαμέμνονι*] *ὅτι Ζηνόδοτος γράφει „Ἀτρείδεω“*, sc. *Ἀγαμέμνονος.* Alium igitur hoc loco casum aut Zenodoti exemplar exhibuit, aut ipse scripsit demum grammaticus. Nam iam alii discerni posse negaverunt, utrum locutione illa ab Aristonico afferrentur ipsius Zenodoti coniecturae, an editionum illius lectiones variae. Agitur autem scholiis illis modo de vocibus, modo de casibus, modo de singulis litteris aut vocabulorum formis, e. g. *A* 198 *ὁρᾶτο*] *ὅτι Ζ. γράφει „ὁρῆτο“*, modo de totis versibus commutandis, quos alios praebuerunt Zenodoti libri et editiones. Scholia, quibus hanc locutionem scriptam legimus, haec sunt: *A* 24, 56, 60, 68, 69, 73, 80, 83, 100, 129, 159, 163, 198, 204, 251, 260, 299, 336, 351, 393, 424, 567, 611, *B* 12, 55, 56, 111, 144, 161, 187, 196, 226, 239, 297, 299, 314, 435, 484, 502, 507, 520, 532, 570, 616, 626, 634, 658, 667, 690, 694, 697, 718, 727, 741, 852, *Γ* 28, 56, 71, 74, 92, 99, 152, 155, 206, 211, 244, 273, 280, 364, *Δ* 88, 139, 282, 478, *E* 31, 53, 128, 146, 156, 162, 263, 323, 329, 638, 898, *Z* 34,

[1]) Ex vocis notione sine dubio efficitur Herodiani esse scholion contra sententiam Lentzii et Lehrsii, qui primum ascripsit Herodiano, deinde abiudicavit; cf. de hac re Ludwichium I, 315.

112, 127,[1]) 155, 266, *H* 114, *Θ* 139, 377, 448, 470, 501, 503, 526, 562, *I* 14, 18, 36, 131, 153, 405, 506, 537, 594, 612, 641, 664, *K* 10, 98, 127, 317, 515, 545, 546, *Λ* 72, 86, 104, 106, 142, 368, 480, 492, 528, 589, 730, *M* 342, 346, 348, 359, 365, 366, 368, 444, 463 *N* 148, 172, 203, 423, 610, 627, 692, 712, *Ξ* 95, 162, 169, 274, 636, *O* 169, 356, 377, 439, 587, 640, 716, *Π* 150, 161, 188, 202, 243, 354, 507, 697, 710, 748, 807. *P* 15, 51, 153, 368, 551,[2]) 582. *Σ* 155, 160, 171, 174, 230, 287, 584, *T* 118, 342, 384, *Υ* 11, 114, 261, 346, 484, *Φ* 2, 95, 169, 335, *X* 216 *Ψ* 753 *Ω* 47, 293, 528, 550. — Recentiorum grammaticorum quoque facta esse videtur haec locutio. Nam schol. *H* 33 *ὅτι Ζ. γράφει* scriptum quidem legimus, quod tamen scholium ex Aristonici libro non fluxisse iam Dindorfius vidit, cuius notam scholio affixam, si placet, inspicias velim. Unum tamen legenti occurrit scholion, quo non Zenodoti locutione illa, sed Aristarchi affertur lectio, sc. *Λ* 72 *ὑσμίνῃ*] *ὅτι Ἀ. ὑσμίνη γράφει χωρὶς τοῦ τ̄.*

Passiva verbi formam plerumque Aristarchi sententiam docemur; e. g. Ar. *B* 300 *οὐκί*] *ἡ διπλῆ, ὅτι διὰ τοῦ κ̄ γραπτέον, οὐ διὰ τοῦ χ̄; Ζ* 4 *ὅτι ἐν ταῖς Ἀριστάρχειαις* (ex Lehrsii coniectura) *ἐγέγραπτο;* simm. *Γ* 257, *H* 64, 330 *I* 17, 19, 128 *K* 398 *Λ* 55, 196 *N* 29 *Ξ* 389, 418 *Π* 854 *X* 308; denique *T* 118 et *T* 18, ubi simul Zenodotus laudatur. Quamquam Aristarchi nomen saepissime non additur, tamen Lehrsio: de Arist. stud. hom.[2] p. 6 credendum est, qui de his locis simul iudicat, cum in universum de Aristonici libro verba faciat: „in his, sc. libris de notis, *περὶ σημείων*, suam quasi exuit personam, id unum totumque agens, ut quas Aristarchus notas versibus Homericis apposuerat, eas indicaret easque ita illustraret, ut causas argumentaque Aristarchi observationesque congereret". Quare ubi neque Zenodoti, neque aliorum, de quibus statim videbimus, nomen ascriptum est, Aristarchum suspicari licet. — His enim locis, quibus *γράφεσθαι, γραπτέον,* similia scripta legimus, opposita sunt scholia, quibus *γράφουσίν τινες* et similia exstant, e. g. Ar. *Λ* 424,[3]) simm. *K* 561 *Λ* 62 *Π* 105; *Λ* 197 *ὅτι ἔνιοι γράφουσιν;* simm. *E* 764, *I* 153 et *H* 339,[4]) *Z* 241 *ὅτι ἔν τισι γέγραπται,* simm. *H* 4 *Θ* 213 *O* 622 *Φ* 573; praeterea confer *B* 485 *E* 700[5]) *E* 842 *Z* 408 *H* 149 *Θ* 428 *I* 16, 44, 401 *Λ* 601, 737 *O* 119 *Π* 31, 688 Y 224, 235. Quibus de locis apud Ludwichium I, 126 seqq. haec legimus: Man wird demnach von vornherein erwarten dürfen, daß *ἔνιοι* einen Gegenſatz zu *Ἀρίσταρχος* bildet, und in der That iſt dies die Regel, welche die beſſeren Quellen nie verletzen; et paullo infra p. 127 et p. 128: Immer aber iſt Ariſtarch von dieſen *τινὲς* (auch *ἔν τισιν*) ausgeſchloſſen, id quod maxime probatur verbis *Π* 105. — Ad primum genus scholiorum (*ὅτι Ζ. γράφει*) propter generis activi formam proxime accedunt, ubi participium *γράφων* vel similia adhibentur: Ar. *Z* 459 *ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς Φιλητᾶν γράφοντα* et *H* 390 *πρὸς Ζηνόδοτον γράφοντα,* sc. *διπλῆς* signum appictum est; cf. sis *Θ* 56 *I* 638 *K* 1, 175 N 694 *O* 405 *Π* 666 *T* 15 *Ω* 215; Zenodoti igitur excitantur lectiones.

Alienissima ab horum scholiorum sensu sunt verba *Π* 140 *ὅτι Ζηνόδοτος τοῦτον ἀθετήσας τοὺς ἑξῆς τέτταρας οὐκ ἔγραφεν.* Sensus enim est **omittere, in textum non recipere,** id quod aliis locis *ἀθετεῖν* verbo significatur; simm. *B* 673 *T* 77 *Φ* 195 et schol. *O* 27. — Tres igitur habemus Aristonici locutiones: *ὅτι Ζ. γράφει; ὅτι οὕτως γραπτέον; ὅτι γράφουσίν τινες,* vel similia. Prima semper Zenodoti, altera Aristarchi, tertia aliorum denotantur lectiones.

Sed horum grammaticorum nomina quo rarius praeter Zenodoti et Aristarchi inveniuntur apud Aristonicum, eo saepius occurrunt apud **Didymum.** Necnon is primo loco **varias lectiones** hoc verbo

---

[1]) Cur omiserit Friedlaenderus, nescio.
[2]) Per errorem omisisse videtur Friedlaenderus; cf. Ludwich I, 425.
[3]) Cf. de hoc loco Friedlaenderum.
[4]) Ludwichius I, 280 utrum Didymo an Aristonico debeatur, dubitat.
[5]) Cur omiserit Friedlaenderus, nescio; cf. *A* 197.

adnotat, e. g. Did. *A* 340 *ἀπηνέος*] *Σέλευκος ἐν τῇ πολυστίχῳ γράφει „ἀναιδέος“.* Did. *A* 423 *μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας*] *τινὲς δὲ γράφουσιν „μετὰ Μέμνονας Αἰθιοπῆας“;* nonnulli (*τινὲς*) praeterea laudantur *A* 553 *H* 171 *I* 401 *Ξ* 62 *O* 64; Zenodotum excitatum legimus *B* 801 *Θ* 213 349 *I* 88 *Λ* 123, 439, 451, 458, Aristophanem *B* 801 *N* 485, Callistratum *B* 131, Ixionem *Ξ* 316, Crateta *Ω* 253, Ptolemaeum, Oroanthi filium *Θ* 23, *τοὺς εἰκαιοτέρους O* 197. Genus passivum, ac plerumque tempus plusquamperfectum ab eodem adhibetur, e. g. *B* 53 *βουλὴν*] *ἐν δὲ ταῖς κοιναῖς ἐγέγραπτο καὶ τῇ Ζηνοδοτείῳ „βουλήν“;* simm. *B* 192 *I* 222 *K* 397 *Ξ* 40 *Π* 636, ubi Aristarchus et *H* 436, ubi Aristophanes laudatur. Eiusdem Aristarchi lectiones Didymus afferre videtur locutione *K* 252 *γράφεται καὶ οὕτως;* simm. *Λ* 297,[1]) 391 *T* 90.

Res orthographicas vero Didymus hoc verbo usus explicat *Λ* 607 *ἦχι*] *Ἀ. τὸ ἦχι χωρὶς τοῦ ῑ γράφει;* simm. *Γ* 262, *Z* 128. Atque his quoque de quaestionibus variorum grammaticorum libros Didymus perscrutatus est: Aristarchi *B* 111 *Γ* 10, 348 *Z* 148, Aristophanis *Ξ* 45 *N* 544, Dorothei *K* 252, Appollodori *Ω* 110, Zenodoti *Ω* 512, aliorum *(τινῶν) Ξ* 255. Aristarchi lectiones ut supra verbi genere passivo dinoscere potes: *Θ* 408 *οὕτως γραπτέον, ὅττι κεν εἴπω*, cuius scripturae iterum mentio fit scholio intermarginali (a Dindorfio asterisco exornato): *Ἀρίσταρχος ὅττι κεν εἴπω.* Item res se habet in scholiis versui *T* 386 adscriptis, quorum altero lectio commemoratur Aristarchi nomine omisso, in altero nomen viri docti additum est; simm. *O* 86, 470. — Quae cum ita sint, ut ubique fere *γραπτέον* formae Aristarchi nomen adscriptum sit, ceteris quoque huius generis locis *O* 513 et *Π* 466 Aristarchum suspicari licet. Contra Aristarchus ipse aliorum libros laudat *Π* 105 *γράφεσθαί φησιν ὁ Ἀρίσταρχος καὶ τύπτετο κτλ.;* ipsius enim recensiones *βάλλετο* praebuerunt.

Omittimus iam sescenta illa scholia intermarginalia, quae dicuntur a Dindorfio, quibus praefixum esse solet illud *γράφεται*, sive *γράφεται καὶ*, sive *γρ.*, sive *γρ. καί*. His quoque locis lectiones variae afferuntur, ut verbi sensus in dubio esse non possit. De ipsis lectionibus autem et de scholiorum auctoribus, quid indicandum sit, optime explicavit Ludwichius I, 147 seqq..

Multo tamen rarius, quam apud Aristonicum et Didymum, apud Herodianum et Nicanorem *γράφειν* verbum et activum et passivum usu venit. **Herodianus** ut substantivo ita verbo utitur in **quaestionibus orthographicis**: *E* 203 *Νικίας διὰ δύο δ̄ γράφει*, sc. *ἄδδην;* simm. *Λ* 319 *E* 656 *Λ* 799 *Φ* 162, 272, ubi genus activum, deinde *Λ* 567 *Γ* 35 *Θ* 441 *O* 359 *P* 65, 174 *Φ* 162 *Ψ* 361, ubi genus passivum invenitur. Uno loco **variam lectionem** grammaticus doctissimus memorat: *Ω* 557 *πρῶτον ἔασας*] *ὁ δὲ Σιδώνιος γράφει ἐπεὶ πρῶτ' ἐλέησας.* Nec saepius apud **Nicanorem** verbum occurrit, quo tamen semper **varias lectiones** indicat. Nam saepissime hac conditione utitur, ut duas inveniat lectiones vario modo interpungendas. Quarum ut aut alteram aut utramque referat, *τοῦ γράφειν* utitur verbo variasque simul deinceps proponit distinctiones, e. g. *Γ* 352 *ἐὰν δὲ γράφηται δαμῆναι, βραχὺ διαστελοῦμεν ἐπὶ τὸ Ἀλέξανδρον .... ἐὰν δὲ δάμασσον*, sc. *γράφηται κτλ.;* simm. *H* 359 *Ξ* 173, 400 *(ὅσση* aut *τόσση)*, *O* 187 *Π* 633 *(ὀρώρει* aut *ὄρωρεν)*, *Π* 638 *Υ* 2. —

Jam reliquum est, ut cetera huius generis verba breviter pertractemus. Quorum quasi natura ipsa data videntur *ἔχειν* et *εἶναι παρά τινι*. Utrumque verbum in iis certe locis, quos nos comportavimus, in Didymi usu est, unde in suum usum convertisse videntur Aristonicus et Nicanor. Ipsis scholiis mira verborum inter se concinnitas oculis praebetur; Did. *Γ* 57 *ἔσσο διὰ τῶν δύο σ̄ εἶχον αἱ Ἀριστάρχου .... καὶ ἡ Ζηνοδότου δὲ οὕτως εἶχε καὶ ἡ Ἀριστοφάνους*, i. e. **exhibebant sive praebebant hanc lectionem.** Aristonicus e Didymi libris (cf. Ludwich I, 247) hausit scholion *Γ* 126 *καὶ αἱ Ἀριστάρχου καὶ ἡ Ζηνοδότου καὶ ἡ Ἀριστοφάνους πορφυρέην εἶχον, οὐ μαρμαρέην.* Nicanor Didymo

1) Cf. Ludwichium I, 328.

debuit (cf. Ludwich I, 420) *P* 214. Similia denique memoriae produntur de Aristarcho et Aristophane *H* 198, de Aristarcho et Zenodoto et plurimis *(καὶ αἱ πλείους εἶχον) K* 291. Ab his scholiis modo verbis, non sensu alienum est illud Didymi *B* 221 *τῷ γὰρ νεικείεσκε] κἂν ταῖς Ἀριστάρχου ἐκδόσεσι δυϊκῶς εἶχε τὸ τώ,* i. e. numerus dualis in Aristarchi editionibus traditus erat.

Prorsus tamen ab hac verbi vi discedit ea, quam formae passivae attribuit Nicanor, e. g. *Λ* 573 *ἀνεκτὰ*] *διασταλτέον ἐπὶ τὸ ἀνεκτά. ἔχεται γὰρ τῶν ἑξῆς,* et *Γ* 166 *ἔσται τῶν ἄνω ἐχόμενος ὁ λόγος;* i.e. primo loco: *ἀνεκτὰ* vox ex sensu et grammaticae legibus cum proximis verbis coniungenda est, cum inde **pendeat,** et altero loco: a superioribus enuntiatum pendebit.

Jam vero *εἶναι παρά τινι* verbum non deprehendi, nisi adnotatur in editione ulla **versum non reperiri.** Scriptum legimus Did. *Λ* 13 *παρὰ Ζηνοδότῳ δὲ οὐδὲ ἦσαν,*[1]) et similia *Ξ* 114, ut promiscue cum *ἀθετεῖν* verbo collocari videatur.

Alia, quae huc spectant, verba, saepius inter se permutata, sunt *φέρειν* et *εὑρεῖν.* Ac *φέρειν* unius Didymi in usu est, nisi ab eo abrogare vis scholion *M* 33 *οὕτως φέρουσιν τὴν γραφὴν ΙΕΝ κτλ.*, sc. pro codicum *ἴῃ.* Didymi enim in scholiis semper passivum *φέρεται* vel similia inveniuntur, ut haec sint scholiorum verba, e. g. Did. *B* 221 *κἄν τισι δὲ τῶν παλαιῶν ὑπομνημάτων οὕτως ἐφέρετο,* sc. *τώ,* non *τῷ,* i.e. haec **lectio ferebatur;** simm. *Λ* 3 de commentariis; ipsae recensiones Aristarchi afferuntur Did. *Z* 288 *ἐν ταῖς Ἀ. φέρεται καὶ ἑτέρως;* simm. *N* 374; Aristophanes excitatur *O* 44; verbum compositum scriptum legitur *Λ* 381 *Θεαγένης δὲ οὕτως προσφέρεται.*

Duplex usus, alter Didymi, alter Herodiani *τοῦ εὑρίσκειν* verbi legenti occurrit. Didymus eo utitur promiscue cum *γράφειν* et *φέρεσθαι* ad varias lectiones indicandas, e. g. Did. *B* 131 *ἐν τῇ ἑτέρᾳ τῶν Ἀριστάρχειων εὕρομεν ἔνεισιν;* simm. *Λ* 3 et *O* 470 *εὕραμεν γεγραμμένον.* Recentiorum manibus scripta sunt verba *E* 901 *ἐν ἄλλῳ ὁ στίχος οὐχ εὕρηται;* cf. supra s. v. *οὐκ εἶναι παρά τινι* et *Σ* 381. Scholiorum interpretatione vix opus est: verborum, et *τοῦ φέρεσθαι* et *τοῦ εὑρίσκειν,* sensus est **lectio varia commemoratur aut invenitur.** At Herodianus non codicum lectiones hoc verbo affert, sed **dicendi consuetudinem** quandam apud ipsum poetam **inveniri** dicit Herod. *O* 3 *ἔφαμεν δὲ τὰ τοιαῦτα,* sc. *δάμεν* et *ἔδαμεν* formas, *ἀδιαφόρως εὑρεθῆναι παρὰ τῷ ποιητῇ.*

Cum his vocabulis *κεῖσθαι* illud Aristonici, quamvis prope accedere ignaro videatur, tamen minimam rem habet. Nam usurpatur verbum ab uno Aristonico, ut de versuum loco apto vel inepto disserat, e. g. Ar. *E* 734 *ὅτι ἐνταῦθα μὲν καλῶς κεῖνται, ἐν δὲ τῇ κόλῳ μάχῃ .... οὐ δεόντως;* i. e. quia hic quidem **aptum obtinent locum** hi versus, non in pugna decurtata. Qua in re diiudicanda vir doctus his adverbiis utitur: *ὀρθῶς,* i. e. suo loco *Z* 490 *Λ* 13 *Ω* 341; *ὑγιῶς* et *καλῶς N* 61 et *Ω* 210; *οἰκειότερον,* i. e. aptius collocati essent versus, *Θ* 493; *κακῶς K* 208. — In recentiorum quoque usum transiit verbum *E* 842[2]) et *H* 362.[3]) Nicanor vero in suam rationem vertit vocabulum *Ξ* 116 *οὗτος ὁ στίχος μεταξὺ κεῖται· τὸ δὲ ἑξῆς κτλ.*. Sensus idem est, quem alias his verbis effictum invenimus: *ὡς διὰ μέσου,* i. e. quasi **in parenthesi collocati sunt versus,** neque cum superioribus neque cum posterioribus conexi sunt. — Verbum compositum *ὑποκεῖσθαι* propriam suam habet vim, e. g. Did. *Γ* 57 *ἀλλὰ καὶ ἐν ἐνίοις λόγος ὑπέκειτο;* i. e. in nonnullis Aristarchi commentariis non solum versus traditi erant, sed etiam rei aut lectionis causa **infra addita erat.** — Saepius *τοῦ κεῖσθαι*

---

[1]) Spurium putavit esse illud *δέ* Ludwichius I, 323.

[2]) Vide Dindorfii adnotationem huic scholio adscriptam.

[3]) Hoc scholion si comparaveris cum *E* 842 *ἐν ἄλλῳ οὗτος ὁ στίχος* et *H* 379 *ἐν ἄλλῳ καὶ οὗτος κτλ.*, inde apparebit erravisse Dindorfium graviter interpungentem post *ἐν ἄλλῳ.* Uno potius tenore procul dubio legenda sunt verba: *ἐν ἄλλῳ* (sc. codice) *καὶ ἐνταῦθα κεῖνται κτλ.*.

loco λέγεσθαι Aristonicus posuit. Est igitur verbum primo de versuum locis, utrum **suis legantur locis** necne: Ar. *A* 454 ὅτι κατὰ τὴν Πατρόκλου ἔξοδον οὐκ ὀρθῶς λέγεται, ἐντεῦθεν μετενεχθείς; simm. *T* 387 *Ω* 174. Deinde pro ἀναγινώσκειν collocatum est, ut **genuina vocum forma restituatur et legatur** litteris recte distributis ac coniunctis Ar. *B* 527 ὅτι τινὲς ἀνέγνωσαν χωρὶς τὸ ο, sc. ὁ Ἴλης. Ὁ δὲ Ὅμηρος σὺν τῷ ο λέγει τὸν Οἰλῆα. Ad extremum λέγειν verbum significat **dicere, loqui, dicendi consuetudinem:** Ar. *Γ* 206 σεῦ ἕνεκ' ἀγγελίης] ἡ διπλῆ, ὅτι Ζηνόδοτος γράφει „σῆς ἕνεκ' ἀγγελίης. οὐ λέγει δὲ συνήθως ἡμῖν „τῆς σῆς ἀγγελίας χάριν", ἀλλ' ἀγγελίης ἀντὶ τοῦ ἄγγελος, i. e. neque tamen **loqui** solet, quomodo nos dicimus; Homeri **dicendi ratio** a nostra recedit. Quae cum ita sint, λέγειν verbum ab Aristonico solo usurpatur neque unquam, id quod facillime ex verbi sensu conicere voles, de lectionibus varie traditis adhibetur. — Item φάναι verbo lectiones varias afferri credas. Scriptum enim legimus apud Didymum *A* 519 Ἀρίσταρχος τὸ Ἥρη κατ' εὐθεῖάν φησιν, οὐ κατὰ δοτικὴν κτλ.. *A* 381 Σέλευκός φησιν ἐν τῇ Κυπρίᾳ „ἐπεί ῥά νύ οἱ φίλος ἦεν, sc. pro ἐπεί μάλα κτλ.. *H* 144 Ἀρίσταρχος δέ φησι καὶ ἀνάστας. Ludwichius autem aliique φέρεσθαι verbum suppeditandum esse suspicantur, ut non φάναι verbo, sed γράφεσθαι vel φέρεσθαι supplendo lectio varia denotetur.

Horum verborum frequentissimum apud grammaticos *παραλαμβάνειν* est, cuius tamen usus admodum sibi non constat. Notiones sunt:

1) adhibere, *N*127 *ὅτι δὶς παρείληφε τὸν σύνδεσμον, ἂν καὶ κἐν*, bis adhibuit coniunctionem; simm. *A*94, 454.

2) collocare sive collocatum esse pro, atque alter quidem casus pro altero *A*24 *Ἀτρειδῇ*] quaeritur enim, an non *Ἀτρείδεω*, atque pergit scholiasta: *ὁ δὲ ποιητὴς δοτικὴν ἀντὶ γενικῆς παραλαμβάνει*; simm. *N*29 *P*2; de numeris a poeta commutatis *B*397 *Λ*407; de temporibus A154; de modis *A*232; de praepositionibus *A*258 *E*824; de coniunctionibus *A*117 *Γ*184 *Υ*105; de articulis et pronominibus *B*576 *ὅτι τὸ τῶν οὐχ ὡς ἄρθρον παρείληπται, ἀλλ' ἀντὶ ἀντωνυμίας*; simm. *A*554 *Γ*18 *Θ*524 *I*133 *K*322; de adverbiis *N*427; de substantivis et adiectivis sive adverbiis commutatis *Υ*30 *Ω*58.

3) dicendi usum aliquem admittere sive probare: *A*493 *ὅτε δή*] . . . . . *ἐὰν ἐθελήσῃ Ἀρίσταρχος ἀναγινώσκειν ὁτεδὴ ὡς δηλαδή, πρῶτον τὴν μὴ οὖσαν χρῆσιν παρὰ τῷ ποιητῇ παραλήψεται*, i. e. vocabulorum usum prorsus alienum a poeta admittit vel in textum recipit. Nec non in textum recipere *παραλαμβάνειν* est *H*177 *Ἀλεξίων δὲ τὴν κατειθισμένην παραλαμβάνει . . . . οὐκ ἀποδοκιμάζει μέντοι τὴν ἑτέραν*, sc. *ἀνάγνωσιν*; i. e. lectionem vulgarem (*θεοῖσι δὲ*) in textum recipit, alteram (*θεοῖς ἰδὲ*) non reicit.

4) syllabae accentum attribuere sive imponere: A277 - *δη*-] . . . . *ἄμεινον* . . . . *ἐπὶ τὴν δὴ συλλαβὴν ὀξεῖαν παραλαμβάνειν*, (sc. *Πηλείδήθελ'*, non *Πηλείδη θέλ'*) *ἵνα κρᾶσις ᾖ τοῖ ἔθελε*; simm. *A*77 *B*672.

5) Sequitur tandem ea verbi vis, quae spectat ad hanc libelli partem: intelligere, subaudire, interpretari[1]): *Γ*297 *ὧδε*] *ὅτι τὸ ὧδε οὐδέποτε τοπικῶς, καθάπερ ἡμεῖς, λέγει, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ οὕτως τοῦτο παραλαμβάνει*[2]); i. e. poeta *ὧδε* nunquam de loco, sed semper de ratione et modo intelligit. Dixerit forte quispiam hoc exemplum potius spectare ad significationes iam pertractatas sub 1) aut 2). At luce clarius res se habet in scholio: *A*519 *ἄν*] *καὶ τοτὲ μὲν ἐν σημαινομένῳ ὀφείλομεν παραλαμβάνειν τὸν ἂν . . . . τοτὲ δὲ παρέλκοντα*, i. e. voci quaedam vis et significatio modo concedenda est, modo non, ut proinde interpretanda videatur; simm. *Γ*215 *Z*149 *Θ*163, 276, 328 *I*169, 236

[1]) Hanc quidem verbi notionem si respexit Leidenroth l. c., recte scripsit: *δέχεσθαι* . . . . eodem sensu *παραλαμβάνειν*; aliter erravit.

[2]) de re ipsa cf. Lehrs: de Arist stud. hom. ed.[2] Lipsiae 1865 p. 379 sqq.

*K*25 *M*430 *P*202, 643 *Y*234 *Ω* 74, 213; similiter de syllabis et litteris singulis et interpretandis et inter se coniungendis: *B*496 *οἳ Ὑ' Ὑρίην*] *οὐ παρέλαβον σύνδεσμον τὸν τε, ἀλλ' ὄντως παρέλαβον Θυρίαν*, i. e. non *τε* coniunctionem subaudiverunt, sed *τ* littera cum *υρίην* coniuncta *Θυρίαν* nomen interpretati sunt.

6) suspicari *I*202 *καθίστα*] . . . . *εἰσὶ δὲ, οἳ ἐκτείνουσιν, ἀπὸ τοῦ ἵστω τὴν κλίσιν παραλαμβάνοντες*, i. e. ab *ἵστω* verbum flecti suspicantes vel fingentes. *K*408 *πῶς δαὶ*] *δύο παρέλαβε χαρακτηριστικὰ τοῦ ποιητοῦ*, i. e. duplicem dicendi usum, poetae proprium, hic subesse suspicatus est.

7) originem deducere sive derivatum esse: *B*672 *Χαρόποιο*] *καὶ γὰρ ἀπὸ γενικῆς εὐθείᾶ ἐστι παρειλημμένη*. Forma genetivi *Χαρόποιο* aliquid offensionis habet scholiastae, cui aliae nominativi et genetivi formae praeter *Χάροψ*, *Χάροπος* ignotae esse videntur, ut genetivi formam *Χαρόποιο* sibi explicandam putet eo quod dicit genetivum *Χάροπος* pro nominativo usitatum esse, quasi nova nominativi forma a trita genetivi derivata et deducta sit.

Alterum *τοῦ λαμβάνειν* verbum compositum, *ὑπολαμβάνειν*, iam Stephanus s. v. bene interpretatur: orationi vel voci sententiam subicere: *A*63 *μάντιν*] *μήποτε δὲ ὀνειροκρίτην ὑπείληφεν*; i. e. verendum est, ne *μάντιν* Zenodotus per errorem interpretatus est somniorum interpretem.

Denique *μεταλαμβάνειν* huc spectat. Exemplum maxime dilucidum invenitur apud Didymum *B*111 *μέγα*] *κατά τινας τῶν ὑπομνημάτων μετειλῆφθαι τὸ μέγα ἀντὶ τοῦ μεγάλως*, quae verba iam Lehrsius: de Arist. stud. etc. p. 17 latine ita vertit: quare etiam in quibusdam Aristarchi commentariis vocabulum *μέγα* h. l. per *μεγάλως* translatum inveniri. *Μεταλαμβάνειν* igitur est:

1) transferre, vertere, explanare, interpretari. Saepius genus activum occurrit, velut *Ω*58 *γυναῖκα*] *τοῦτο ἔνιοι τῶν κριτικῶν κατὰ συνωνυμίαν μεταλαμβάνουσι, λέγοντες ταὐτὸν εἶναι γυναῖκα καὶ ἄνθρωπον καὶ θνητόν*; h. e.: versum

Ἕκτωρ μὲν θνητός τε γυναικά τε θήσατο μαζόν

ita interpretantur: *Ἕκτωρ θνητὸς ὢν θνητὸν μαζὸν ἐθήσατο*. Praepositio *εἰς* adsciscitur *O*10 *καὶ Ἀρ. μεταλαμβάνει* (sc. *τὸ εἴσατο*) *εἰς τὸ ὑπῆρχον*; i. e. Aristarchus ipse quoque *εἴσατο* verbi notionem explanat ex notione sive per notionem *τοῦ ὑπῆρχε*, vel alterius vim in alterum transfert; simm. *A*567 *Ω*213, 316.[1])

2) Paullum ab hac verbi provincia discedit usus generis passivi, e. g. *A*114 *οὔ ἐθεν*] *οὕτως ὀξυτονητέον* (sc. *τὸ οὔ*), *ἵν' εἰς ἁπλῆν μεταληφθῇ ἡ ἀντωνυμία* et *Γ*128 *οὓς ἔθεν*] *ἐγκλιτικῶς ἀνεγνώσθη διὰ τὸ μεταλαμβανόμενον, ἐπεὶ εἰς ἁπλῆν ἡ μετάληψις, οὓς αὐτῆς . . . ὅτι εἰ μὲν* (sc. *ἡ ἔθεν ἀντωνυμία*) *εἰς ἁπλῆν μεταλαμβάνοιτο, ἐγκλιτικῶς ἀναγινώσκειν δεῖ, εἰ δὲ εἰς σύνθετον, ὀρθοτονητέον*.

In utroque enim scholio res est de *ἔθεν* pronomine. Cui si accentus suus conceditur, pronomen intelligitur compositum sive reflexivum *ἑαυτοῦ*. Sin enclitice pronuntiatur, subauditur pronomen simplex sive personale *αὐτοῦ*. Nostris autem locis cum pronomine personali opus esse videretur, fieri non potuit, quin enclitice legeret scholiasta, ut pronomen particeps esset notionis pronominis simplicis sive personalis (sic Stephanus s. v.), quasi in eius provinciam transiret; simm. *B*175 *E*800 *I*392 *K*307 *M*148 *N*542 *Ξ*449 *O*146, 241 *Ψ*387.

3) Denique commutare, alterum re vera ponere vel scribere pro altero, id quod Lehrsio auctore *μεταλαμβάνειν* apud antiquos est, vertendum est: *Π*243 *ἐπίσηται*] . . . . *ἔστιν οὖν ἀντὶ τοῦ ἐπίσταται, καὶ μετείληπται τὸ ᾱ εἰς τὸ η̄*; idem *M*56; simm. *Π*281 *ἢ δεῖ τὴν πτῶσιν μεταλαβεῖν*,

[1]) cf. Lehrs: Arist. stud. l. c. p. 19: alio modo dicere.

i. e. *ἑλπομένων* scribendum est pro textus *ἑλπόμενοι*; idem occurrit *A*388 *ὅ*] *ὅμως δὲ εἰς τὸ ὃς ὑποτακτικὸν ἄρθρον αὐτὸ μεταληπτέον*; displicet scholiastae *ὅ*, ut *ὁ* articulum in *ὃς* relativum commutandum esse dicat.

Μετάληψις substantivum et *τὸ μεταλαμβανόμενον* participium autem verbis et argumento scholii *Γ*128 *ἐθεν*] *ἐγκλιτικῶς ἀνεγνώσθη διὰ τὸ μεταλαμβανόμενον, ἐπεὶ εἰς ἁπλῆν ἡ μετάληψις* (vide supra s. v. *μεταλαμβάνειν* No. 2) docetur aliud esse non posse nisi notionis commutationem (nos: Bedeutungswechſel) sive participationem (sic Stephanus) aut transitum in pronomen personale.

Δυσμετάληπτον adiectivo utitur scholiasta *A*268 *ὄξεῖαι*] *καὶ ἔστιν δυσμετάληπτον τὸ ὄνομα, τοῖς πεπειραμένοις μόνον δῆλον· κυριώτατα οὖν κεῖται τὸ ὀξεῖαι.* Grammatici sententia haec esse videtur, ut putet *ὄξεῖαι* adiectivum collocatum esse quasi substantivi loco. Quae si ita sunt, profecto difficile sit commutare vel transferre sive vertere ipsum substantivum *ὀδυναί*, ut notum peritis solum huius rei. Stephanus adnotat hoc adiectivum praeterea solum apud Eustathium in usu esse.

Promiscue in usu est vel in eodem scholio cum *μεταλαμβάνειν* verbo verbum *ἀποδιδόναι* [1]), atque ita potissimum, ut sit

1) verbum verbo reddere, e. g. *A*567 *ἀάπτους*] *εἰσὶ δὲ, οἳ ἀπροσπελάστους ἀποδιδόασιν*; et paullo supra de eodem vocabulo *εἰς τὰς ἰσχυρὰς μεταλαμβάνει*, i. e. scholiastae alii *ἀάπτους* reddunt per *ἀπροσπελάστους*, alii per *ἰσχυρὰς* vertunt; simm. *A*591 *A*141 *Z*506 *I*404 *K*226 *Λ*155, 754 *Ξ*84, 117 *Π*407 *Ψ*139 *Ω*753.

2) subaudire *B*701 *Λάρδανος ἀνὴρ*] *οἱ μὲν Αἰνείαν ἀπέδοσαν, ὅτι βασιλεὺς ἦν Λαρδανίων*, i. e. Aeneam esse Dardanium illum virum nonnulli subaudiverunt sive interpretati sunt.

3) complurium versuum argumentum paraphrasi exponere sive reddere: *Σ*100 *δῆσεν ἀρῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι*] *τὸ ἔδησεν ἀποδίδωσιν οὕτως· ὁ δὲ πόλεμος* (legit igitur *Ἄρης!*) *τὴν ἐμὴν ἀφελόμενος πανοπλίαν ἔδησέ μου τὴν ἔξοδον, ὥστε ἀλκτῆρα μὴ γενέσθαι*; simm. *Π*850.

Eandem sibi occupat vim substantivum *ἀπόδοσις*, quod scriptum legimus *N*450 *ἐπίουρον*] *Ζηνόδοτος ὡς ἐπίκουρον ἐκδεχόμενος βασιλέα καὶ φύλακα . . . . μέμνηται δὲ καὶ Ἀίδυμος τῆς ἀποδόσεως*, i. e. non solum Zenodotus hanc vocem per *βασιλέα* etc. interpretatur, sed etiam Didymus huius interpretationis memor est.[2])

Δηλοῦν et *δήλωσις* (semel *A*86) quoque accuratissime explicavit Leidenroth s. v., ut relata rettulisse sufficiat. *Δηλοῦν* igitur est

1) manifestum reddere, iudicare, docere, ubicumque coniunctum est per *ὅτι* cum sententia pendenti, e. g. *B*686, aut cum accusativo *A*532.

2) indicare e. g. *X*41;

3) significare e. g. *A*528 $\overline{\eta}$] *πλείονα δηλοῖ: σύνδεσμον, ἄρθρον, ἀντωνυμίαν* et simm. sescenties.

Deinde in horum verborum numero habendum est verbum *σημαίνειν* et quae inde deducuntur phrases.

---

[1]) vide Leidenroth l. c. s. v.

[2]) Quae cum ita sint, ut apud huius libri quidem scholiastas et *ἀποδιδόναι* et *ἀπόδοσις*, nisi sunt interpretari aut interpretatio, omnino non reperiantur, dubitari posse non videtur, quin spurium sit Bekkeri illud *ἀπόδοσις* in scholio *Ξ*330. Hoc enim loco cum non de interpretatione verborum, sed de periodi structura res sit, quia periodi pars regens alioqui *ἀνταπόδοσις* dici solet, *ἀνταπόδοσις* reponendum videtur. De *ἀνταπόδοσις* autem et *ἀνταποδιδόναι* vide Leidenroth l. c. s. v. et Heubach, dissertatio Jenae 1885 s. v. Contra Stephanus s. v. *ἀποδιδόναι* p. 1417 et *ἀπόδοσις* p. 1424.

Ipsius verbi notio princeps 1) significare (sic etiam apud Stephanum) in dubio esse vix potest, cum aut *δηλοῦν* aut *μεταλαμβάνειν* aut *ἀκούειν* verborum vicibus fungatur, e. g. A173 *θυμὸς*] *τοῦτο τὸ ὄνομα σημαίνει πέντε· ὀργὴν, ψυχὴν κτέ.;* simm. *Λ*216, 249, 336, 420, 436, 554, 566, 567 *B*6, 75, 269, 292, 755, *Λ*46, 64, 70 *E*156, 178, 322, 333, 832 et sescenties alioqui, ita ut talibus locis praetermissis eos tantum commemorasse satis habeam, in quibus aut sensus vel constructionis aliqua difficultas aut novi aliquid inesse mihi videtur.

2) Cum *ἀντὶ* praepositione igitur verbum coniunctum est *Λ*153 *δεῦρο μαχησόμενος*] *σημαίνει δὲ ἀντὶ τοῦ ἀναστρέφεται ἐν τούτῳ τῷ τίπῳ;* i. e. *δεῦρο* adverbium, cum ceteris locis sit „in locum aliquem", nostro versu positum est pro „versari aliquo loco"; simm. *Γ*368.

3) Praepositio *ἐκ* addita est *Γ*166 *ὥς μοι καὶ τόνδ' ἄνδρα*] *ἐὰν τὸ ἵνα ἐκ τοῦ ὡς σημαίνηται.* In ambiguo est scholiasta, quomodo *ὡς* particulum sit interpretandum, ac pergit: siquidem *ἵνα* coniunctionem ex *ὡς* coniectura consequi possumus; apud Stephanum non inscite significationem accipere ex.

Transimus ad <u>*τὸ σημαινόμενον*</u> saepius scholiis insertum,

1) de totius quidem enuntiati argumento, ut non discrepet a *λόγος, νοῦς, νοητόν*, aliis, e. g. *Z*284 *ὅτι τὸ σημαινόμενον: εἰ ἐκεῖνον ἴδοιμι τετελευτηκότα;* simm. *T*35, *Θ*213.

2) de singulorum vocabulorum notionibus *Λ*308 *πόλεας*] *καὶ ἐπὶ τῶν πόλεων τὸ σημαινόμενον ἐκδέχεται*, i. e. vocis sensus intelligitur de urbibus (non de multis); simm. *Σ*191[1]) *ἵνα μὴ διάφορον σημαινόμενον νοηθῇ*, i. e. ne diversa vocis notio intelligatur.

3) Ceteris locis praepositio apposita est participio, e. g. *E*700 *ἡ δὲ διπλῆ πρὸς τὸ σημαινόμενον;* i. e. *διπλῆς* signum appictum est propter proprium praepositionis (*ἐπὶ*) sensum et usum. *Ἐν σημαινομένῳ* scriptum legimus *Λ*519 *ἄν*] *τοτὲ μὲν ἐν σημαινομένῳ ὀφείλομεν παραλαμβάνειν τὸν ἄν . . . . . τοτὲ δὲ παρέλκοντα.* Opinabantur enim grammatici illi quasdam sermonis particulas ad sensum periodi plenum ac perfectum modo necessarias modo superfluas esse, ut hic vertamus: modo cum sensu quodam collocatum atque adhibitum. Inde his quoque scholiis lux affertur: *Λ*677 *λῃΐδα*] *περὶ μέντοι τοῦ δαΐς ὀξυνομένου, τετολμημένου δὲ καὶ βαρύνεσθαι ἐπὶ ἑτέρου σημαινομένου*, i. e. de vocabulo acriter pronuntiato, quod idem graviter pronuntiari potest, si qua alia significatio subest; et postea *Z*239 *ἐφ' οὗ ἂν συντάσσηται, φησίν, σημαινομένου*, i. e. quacunque significatione usum hoc verbum adhibitum est.

Huic *ἐν σημαινομένῳ* consentaneum fere est adiectivum <u>*σημαντικὴ*</u> *T*90 *διὰ*] *ὁ μὲν Ἀσκαλωνίτης περισσὴν . . . . Δίδυμος δὲ ἡγεῖται σημαντικὴν αὐτὴν εἶναι καὶ μὴ παρέλκειν;* i. e. suam habere vim ac rationem praepositio Ascalonitae videtur.

---

[1]) Scholion *Σ*191 sic incipit: *χαῖρις τῷ τὰς συναλειφθείσας προθέσεις μὴ ἀναστρέφεσθαι, καὶ ἐνθάδε οὐκ ἀναστρέφει.* Adnotat Dindorfius (editio I 1875): Sic A, non *χαίρει*, ut Vill.; et paullo infra: „*οὐκ*, nisi delendum sit, in *σ'αὖ* mutat Schraderus." Qui tamen omnes haud scio an non in errorem inciderint, cum in hoc scholio, ut iuste intelligant, respiciendum esse putent argumentum et verba scholii antecedentis. At nullam rem secum habent haec duo scholia, quorum in altero *ἀναστρέφεται παρὰ* praepositio, in altero *οὐκ ἀναστρέφεται*. *Ἀναστρέφει* autem Aristarchus in illo, *οὐκ ἀναστρέφει Χαῖρις* in hoc. Sic enim scribendum mihi videtur, non *χαῖρις* sive *χαίρει* codicis A aut Villoisoni. *Χαῖρις* enim est grammaticus ille doctissimus, Aristarchi discipulus, in quem accuratissime et copiosissime inquisivit Augustus Blau: De Aristarchi discipulis. Dissertatio. Jenae 1883. p. 56 sqq., qui Chaeridem non ubivis Aristarcho consensum praebuisse propriis verbis arguit. — De *τῷ* emendando dubito, an non legere possimus *ᾧ*, ita, ut interciderit *λέγεται* vel simile aliquid, ut haec eveniat scholii voluntas: *Χαῖρις, ᾧ* (pro *ὑφ' οὗ*) *λέγεται τὰς . . . . . προθέσεις μὴ (οὐκ?) ἀναστρέφεσθαι, καὶ ἐνθάδε οὐκ ἀναστρέφει.*

Σημασίαν substantivum, si scholia oculis perlustraveris, bis tantum offendes: *B*75 *ἄλλοθεν*] *προπαροξύνεται, ὅτι ἀόριστον τόπον σημαίνει*, id quod extremo scholio repetitur his verbis: *καθότι ἀόριστον καὶ κοινὴν τύπου σημασίαν ἀναδέχεται*; i. e. quia infinitam atque incertam loci significationem sibi vindicat; simm. *T*335.

Διασημαίνειν verbum compositum a verbi simplicis vi non discedit: Ξ499 *φῆ*] *τὸ πέφραδε διασ᾽ημαίνει*, i. e. idem, quod *πέφραδε* significat.

Postremo *ὑπισχνεῖσθαι* semel promiscue cum *σημαίνειν* usu venit *A*239 *λὶς*] *ἔστι συγκατατίθεσθαι τῷ Αἰσχρίωνι . . . . . εἰ καὶ μηδὲν τῶν εἰς ῑ̄ς ληγόντων καὶ ἀρσενικὸν γένος ὑπισχνουμένων περιεσπάσθη. καὶ τάχα καθ᾽ ἕτερον λόγον, ἵνα τὸ ἐπιθετικὸν καὶ σημαῖνον γένος θηλυκὸν κτέ.*; i. e. nullum vocabulorum sive adiectivorum, quae in ις exeunt et generis masculini tantum formam faciunt; et postea: adiectivum, quod generis feminini quoque propriam formam exhibebit, sive finget, sive significabit.

IV. consentire, dissentire; lectionem probare, improbare.

In Homeri verbis et versibus interpretandis sententias admodum varias atque inter se diversissimas exstitisse ex scholiis satis apparet. Quas in sententias aut doctrinas grammaticorum aut prioris aetatis aut aequalium quin irent aut inde discederent, facere non potuerunt posterioris aetatis scholiastae, ut in rem esse videatur quarto iam loco exponere verba consentiendi et dissentiendi et similia.

a) Verba consentiendi et dissentiendi.

Συγκατατίθεσθαι: 1) consentire cum, non differre a. Alterius grammatici doctrina exposita alter pergit: *Ψ*160 *κἀγὼ δὲ συγκατατίθεμαι*, ipse quoque assentior; simm. *Ψ*523. Quocum aliquis faciat, dativo indicatur: *A*235 *ὁ Ἀσκαλωνίτης συγκατατιθέμενος Ἀριστάρχῳ*, vel *B*262 *καὶ ἡμεῖς δὲ αὐτῷ συγκατατιθέμεθα*; simm. *E*289 *A*754. 2) lectionem probare *A*396 *Πτολεμαῖος μὲν συγκατατίθεται τῇ ἐγκλιτικῇ ἀναγνώσει*; simm. *M*55 Φ130.

Συμφωνεῖν congruere, facere cum.

1) Non de ipsis viris, sed de eorum doctrinis aut scriptis congruentibus aut non congruentibus usu venit e. g. *I*259 *ἑταίροις*] *κατὰ δοτικὴν αἱ Ἀριστάρχου. συνεφώνει καὶ ἡ Ζηνοδότου.* Res igitur est de Aristarchi et Zenodoti editionibus inter se congruentibus; simm. *P*136. Praeterea conferendum est *Γ*240 *ἐνί*] *Νικίας ἀναστρέφει· οὐ συμφωνεῖ δὲ τὰ τῆς ἱστορίας αὐτῷ· φασὶ γὰρ Ἀρίσταρχον τοῖς κυριωτέροις συντάσσειν τὰς προθέσεις*; quod scholion vertendum videtur: Aristarchi studia cum eo non faciunt, quem . . . . . dicunt.

2) Sed paullum ab hoc usu recedit verbi vis in scholio *X*216 *ὅτι Ζ. γρ. νῶϊν* (non *νῶϊ*). *τοῦτο δέ ἐστιν ἡμῖν ἢ ἡμῶν, ὅπερ οὐ συμφωνεῖ· τὸ δὲ νῶϊ χωρὶς τοῦ ῡ̄ σημαίνει ἡμᾶς· ἢ ἡμεῖς, ὅπερ νῦν λέγει.* Agitur de pronominis forma recte constituenda, ne discrepet ab huius loci sensu ac voluntate.

Nec non *οὐ προσέχειν* verbum est dissentiendi, e. g. *T*90 *οὐ προσεκτέον τοῖς ὑφ᾽ ἓν ἀνεγνώκασι* (sc. *διάπαντα* pro *διὰ πάντα*); i. e. in eorum partes non eundum est, qui unam vocem *διαπαντα* syllabis effici volunt; apud Stephanum: non assentiendum, astipulandum, fiducia collocanda est.

Denique ipsum verbum adversandi est ἀνταγορεύειν, quod scriptum legitur Φ130 μήποτε μέντοι καὶ ὁ Ἀρίσταρχος συγκατέθετο τῇ ἀθετήσει, μηδὲν ἀντειπὼν τῷ Ἀριστοφάνει; i. e. haud scio, an assensus sit, sc. Aristophani hoc versus delenti, etiam Aristarchus ei non adversatus.

b. lectionem probare vel improbare.

Admodum varia, ut res secum fert, hoc in genere sunt verba, verborum notiones, dicendi rationes: Συναινεῖν collaudare lectionem Α754 δι' ἀσπιδέος] καὶ Ζηνόδοτος δὲ συναινεῖ τῇ δίχα τοῦ α γραφῇ, (sc. διὰ σπιδέος).

Παραδέχεσθαι verbum quid sit, saepius dubitare poteris. 1) Proxime accedit interdum ad verba illa ἐκδέχεσθαι, ἀκούειν, νοεῖν, ut sit accipere, intelligere, e. g. Σ10 Μυρμιδόνων τὸν ἄριστον, sc. Πάτροκλον] fuerunt enim, qui negarent Myrmidonem a poeta Patroclum dici posse, ut delerent hos versus, cui tamen difficultati Aristarchus subvenire studet: δεῖν δέ φησιν Ἀρίσταρχος οὕτως αὐτὸ παραδέχεσθαι· τὸν μετὰ τὸν ἄριστον τῶν Μυρμιδόνων, i. e. versus ita accipiendos sive intelligendos esse dicit, ut sit sensus: eum, qui post fortissimum Myrmidonum, sc. Achillem, secundo quasi loco optimus erat. Nec non eodem modo verbum interpretabimur, ubi quaestio erit de singulis vocibus vel in hunc vel in illum modum accipiendis atque subaudiendis: Ψ319 ἀλλ' ὅς] Ἀρ. μέντοι ἄλλος ἀνεγίνωσκεν οὐ παραδεχόμενος τὸ ἄρθρον, i. e. articulum ὅς non subaudiens; simm. Ι30.

2) Deinde est causam alicuius et rationem probare: Α409 τόνδε] ἔφαμεν, ὅτι παρὰ τῷ ποιητῇ ἡ διὰ τοῦ ϖι ἐπὶ ταύτης τῆς ἀντωνυμίας ἐπέκτασις σπανίως μὲν εὑρέθη ἐπ' ἀναφορᾶς, ὥστε οὐδὲν κεκώλυκε καὶ ἐνθάδε τὸ τοιοῦτο παραδέξασθαι; exposito igitur poetae dicendi usu scholiasta pergit: itaque nihil impedimento est, quin hic quoque similem comprobemus lectionis rationem.

3) Denique lectionem ipsam probare παραδέχεσθαι est Γ242 ἐπὶ δὲ τὸ πολλὰ ὁ λόγος μὲν αἱρεῖ (sc. βραχὺ διαστέλλειν), διὰ δὲ τὴν συναλοιφὴν οὐ παραδεκτέα ἡ ἀνάγνωσις, i. e. lectio sive verborum distinctio non est probanda.

In horum verborum numero κρίνειν quoque verbum simplex eiusque compositum προκρίνειν reperiuntur: Α754 δι' ἀσπιδέος πεδίοιο] ὁ δὲ Ἀλεξίων καὶ ἀμφότερα κρίνει, καὶ ἀσπιδέος καὶ σπιδέος . . . . Κράτης δὲ προκρίνει τὴν διὰ τοῦ α γραφήν, i. e. ἀσπιδέος. Cuius scholii argumentum si paucis complectimur, haec est ratio: scholiastarum alii lectionem ἀσπιδέος praeferunt, velut Ascalonites et Crates, alii σπιδέος comprobant velut Zenodotus et Amerias. Alexio vero utrumque ratione quadam agnoscit et probat. Utriusque lectionis rationes ex Aristarchi libris deinde additae sunt. Quamobrem in dubio esse mihi non videtur, quin κρίνειν sit ex ratione quadam agnoscere sive comprobare; de προκρίνειν praeferre omnino dubitari non potest.

Huic verbo proximum est ἀρέσκειν Ε289 ταλαύρινον] Τρύφωνι δὲ ἀρέσκει ὁ σχηματισμὸς σύνθετος εἶναι, i. e. Tryphoni lectio placet, qua adiectivum fingitur compositum; contrarium occurrit Α139 οὐκ ἀρέσκει δὲ Ἀριστάρχῳ, sc. ἡ διὰ τοῦ χαλκὸς, nec vero χαλκὸν γραφή; simm. Β311 Ε638 Θ233.

Idem fere est λυπεῖν apud Aristonicum Κ497 ἀθετεῖται . . . . . καὶ τὸ διὰ μῆτιν Ἀθήνης λυπεῖ; i. e. versus e textu reicitur cum aliis de causis, tum quia displicent verba διὰ μῆτιν Ἀθήνης.

De ἁρμόζειν et quae inde deducuntur vocabulis iam Leidenrothius l. c. disseruit, ut hic

quoque relata rettulisse satis habeam: „Vocabula sunt *ἁρμόζειν* convenire, *ἁρμοζόντως*, cui opponuntur *ἀνάρμοστος* et *ἀναρμόστως*, Aristonici fere propria, ubi recte aliquod vel apte dici aut contra adnotat". Occurrunt modo de singulis vocibus, modo de totis versibus aut apte, aut inepte positis: 1) de singulis vocibus versuum sensum turbantibus *B*239 *ἔο*] *ὅτι Ζ. γρ. ἑοῦ. τοῦτο δὲ . . . . οὐχ ἁρμοζον τῷ λόγῳ;* 2) de vocibus consentaneis personae alicuius moribus: A204 *τετελέσθαι οἴω*] *ὅτι Ζ. γρ. τὸ δὲ καὶ τετελέσμενον ἔσται. τοῦτο δὲ τῇ Ἀθηνᾷ ἁρμόζει μᾶλλον;* 3) de versibus ab alio loco apte vel inepte translatis, ita ut „eo loco, ubi aptius leguntur, a poeta ipso eos profectos esse iudicemus, ubi minus apte, ex illo loco ab interpolatore translati esse existimandi sint"; e. g. *I*694 *ὅτι ἐξ ἄλλων τόπων ἐστὶν ὁ στίχος. νῦν γὰρ οὐχ ἁρμόζει;* vel *Θ*501 *ἐξ ἄλλου στίχου τὸ ἡμιστίχιόν ἐστι νῦν ἀναρμόστως προστεθειμένον.* Ceteros locos a Leidenrothio diligenter comportatos praeterimus; cf. *ὑγιῶς* et *ὀρθῶς* infra.

Haud absimili ratione ac vi ab Aristonico ponitur *συμφέρειν*, e. g. *Z*4 *τοῖς γὰρ τοῦ ναυστάθμου τόποις συμφέρει ἡ γραφὴ* (sc. *μεσσηγὺς Σιμόεντος ἰδὲ Ξάνθοιο ῥοάων);* i. e. quadrat haec lectio ad loca castrorum navalium.

Ut quisque lectionem alterius improbaverit, facere non poterit, quin alterum erravisse dicat, quin eum vituperet. Verba errandi et vituperandi sunt:

Πλανᾶν, πλανᾶσθαι in errorem inducere, induci, aberrare. *Ξ*442 *πρώτιστος Ὀϊλῆος*] *ὅτι οἱ τοιοῦτοι τόποι ἐπλάνησαν τὸν Ζηνόδοτον, ὥστε δέξασθαι χωρὶς τοῦ ο̄ Ἰλῆος*; i. e. quia tales loci in errorem induxerunt Zenodotum, ut nominis formam *Ἰλῆος* esse putaret; simm. *B*807 *Π*161. Genus passivum *πλανᾶσθαι* aberrare legitur *K*561 *πλανηθέντες δέ τινες γράφουσιν τὸν τετρακαιδέκατον*, (sc. pro textus *τρισκαιδέκατον);* i. e. nonnulli decepti quartum decimum scripserunt; cf. *Λ*104 *N*658 *Ξ*500.

Μέμφεσθαι vituperare *O*226 *οἱ αὐτῷ*] *ἢ οἱ . . . . . ὀρθοτονεῖσθαι θέλει . . . . διὸ μεμπτέον ἐκείνην ἀνάγνωσιν;* i. e. quamobrem vituperatione digna videtur illa lectio, qua enclitice pronuntiatur pronomen.

Verbum ipsum reprobandi *ἀποδοκιμάζειν* semel a Nicanore adhibetur *H*177 *θεοῖσι δὲ χεῖρας ἀνέσχον*] *οὐκ ἀποδοκιμάζει μέντοι τὴν ἑτέραν* (sc. *τὴν διὰ τοῦ „ἰδὲ χεῖρας ἀνέσχον" γραφὴν*) *ὁ Ἀλεξίων;* i. e. etiamsi in textum recepit lemmatis lectionem Alexio, tamen alteram illam lectionem prorsus non reprobat.

c. lectionem textui inserere.

Quo quis meliorem putaverit aliquam lectionem, eo magis textui inserere volet. Huius generis verba sunt: *Προσίεσθαι* lectionem admittere *Ξ*340 *ἐγὼ δὲ προσίεμαι τὴν συνήθη ἀνάγνωσιν δασύνουσαν τὸ ᾱ;* equidem admitto lectionem, qua spiritus non reicitur. Planior iam res est *H*255 *τοὺς στίχους τούτους οὐ προσίενται ἔνιοι;* hos versus nonnulli in textum non recipiunt.

Πείθεσθαι ex Herodiani potissimum scriptis fluxisse videtur, cum semper in rebus prosodiacis usu veniat ita, ut duorum virorum sententiis expositis, quarum altera plerumque Aristarchi est, grammaticus pergat: et hunc lectione comprobata *ἡ παράδοσις*,[1]) lectio vulgaris, subsecuta est,

[1]) De *παραδόσεως* duplici notione vide sis Heubach: Programmatis 1889 p. 9/11.

i. e. hanc lectionem textui inseruit: *I*605 *τιμῆς*] *τινὲς τὸ τιμῆς διὰ τοῦ ι γράφουσιν. . . . . οὐκ ἐπείσθη δὲ ἡ παράδοσις.* *Ἀρίσταρχος γὰρ ἄνευ τοῦ ῑ;* vel *Λ*138 *ἔρυτο*] *τὸ δὲ ἔρυτο ψιλοῦται καὶ προπαροξύνεται· οὕτως Ἀρίσταρχός, καὶ ἐπείσθη αὐτῷ ἡ παράδοσις;* eadem fere *Λ*239. 480, *N*103 *O*302 *Π*185 *Σ*191 *T*357 *Ω*235. *Παραδόσεως* loco „*οἱ γραμματικοὶ*“ legitur: *Π*415 *Ἀμφοτερὸν*] *Ἀρ. ὡς δεξιτερὸν· καὶ ἐπείσθησαν οἱ γραμματικοί.* Neque tamen semper grammatici aut textus vulgaris Aristarchi auctoritate permoti sunt, e. g. *Ω*316 *μύρφνον*] *ὁ μέντοι Ἀρ. ἀετοῦ εἶδος, καὶ βαρύνει· ἀλλ' οὖν γε ἐπείσθη ἡ παράδοσις τοῖς ὀξύνουσιν;* simm. *οὐκ ἐπείσθη O*365, 619, 705. Non de Aristarchi, sed de aliorum doctrinis agitur *Λ*395 *περὶ πλέες*] *Τυραννίων περίπλεες συνθέτως ἀνέγνω· ὁ δὲ Ἀσκαλωνίτης κατὰ παράθεσιν. . . . . οὕτως δὲ καὶ Ἀλεξίων;* atque hac lectione causis stabilita pergit: *ἔνθεν ἐπείσθησαν κατὰ παράθεσιν ἀναγινώσκειν;* sim. *Λ*395, *P*40, *T*335.

Nonnullis locis *πείθεσθαι* commutatum est verbo *ἐπικρατεῖν*, e. g. *H*289 *πινυτὴν*] *Ἀρ. ὡς καλὴν, καὶ ἐπεκράτησεν οὕτως ἡ παράδοσις*, i. e. et sic textus vulgaris pervicit sive praevaluit; simm. *I*449 *Λ*385. Quibuscum conferendum est *Ξ*463 *λικριφὶς*] *καὶ οὕτως ἐπεκράτησεν ἡ ἀνάγνωσις*, sc. *Ἀριστάρχου ὀξύνοντος*; idem fere *Θ*527 *ἀλλ' ὅμως ἐπεκράτησεν ἡ Ἀριστάρχειος;* simm. *Z*422 *M*158 *X*67.

d. adverbia et adiectiva huc pertinentia.

Sed saepissime, paene dixi saepius quam verbis, grammatici, ut probent aut reprobent lectiones et sententias, adiectivis et adverbiis utuntur, quorum haec collegimus exempla:

Καλῶς bene et *κακῶς* prave, stulte; utrumque ex Aristonici usu dicendi profectum in Herodiani quoque sermonem venisse videtur.

1. Aristonicus his vocibus Aristarchi asteriscum explicat, ubi res est de versibus Aristarcho non probatis, e. g. *E*334 *οἱ ἀστερίσκοι, ὅτι ἐνταῦθα καλῶς . . . . . ἐν τῇ κόλῳ μάχῃ οὐ δεόντως*, i. e. quia hoc loco bene et suo iure collocati sunt versus, (cf. *ἁρμόζειν* No. 3); simm. *Θ*385 *K*343 *Ω*210. A12 *οὐ καλῶς γὰρ ἐν τοῖς ἑξῆς μετετέθησαν*, i. e. non bene hi versus (12—16) hinc translati sunt in posteriorem locum (371—375).

2. Idem hac voce Zenodotum, ubi temeritate quadam versus aliquos ex textu removit, vituperatione obruit *Λ*46 *ὅτι Ζηνόδοτος ἀμφοτέρους ἠθέτηκεν, οὐ καλῶς.*

3. Apud Herodianum adverbium *καλῶς* est *Λ*151 *ἴδεν*] *ἐνθάδε γὰρ οὐ καλῶς δυνάμεθα ἀναγνῶναι ἢ*[1]) *φυλάσσοντες τὴν ει διφθογγον.*

Nec valde differt usu *κακῶς* male, prave, vitiose: 1) de versibus ex altero loco stulte translatis *B*56 *ὅτι ἐν τῇ Ξ τῆς Ὀδυσσείας κακῶς φέρεται;* simm. *K*208 *P*173.

2) de Zenodoti athetesibus non probatis *Λ*216 *κακῶς ἀθετεῖ Ζηνόδοτος;* simm. *M*71 *παλίωξις*] *ἡ δὲ ἀναφορὰ* (sc. asterisci relatio) *πρὸς τὸ „ἐκ τοῦ δ' ἄν τοι ἔπειτα . . . . . (Jl. 15, 69). κακῶς· διὸ ἀθετεῖται.*[2])

---

[1]) Sic Dindorfius: *ἢ φυλάσσοντες.* Sed illud *ἢ*, quid sibi vult? Scholii ratione solum *φυλάσσοντες* poscitur, cum antecedant verba: *εἰσὶ δὲ οἳ ἀναγινώσκουσιν „ὡς δ' εἶδεν“ . . . . . οὐχ ὑγιῶς*; id quod confirmatur verbis: *ἐνθάδε γὰρ οὐ καλῶς δυνάμεθα ἀναγνῶναι φυλάσσοντες τὴν ει διφθογγον.*

[2]) Verborum ordo casu quodam perturbatus est. Neque enim asterisci ad vocabula illa relatio addubitari potest (*ἡ ἀναφορὰ πρὸς . . . . . κακῶς*); immo Zenodoti temeritas vituperanda est, qua ut saepius aliis locis versum eradendum esse ratus (quod verbum *παλίωξις* iterum legitur *O*69) asterisci voluntatem non intelligebat. Scribendum igitur videtur: *διο ἀθετεῖται. κακῶς.*

3. de lectione in deterius commutata *A*3 *πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς*] *ὅτι κακῶς τινες μεταγράφουσιν . . . . . κεφαλὰς.*

4. denique de rebus prosodiacis et orthographicis: *A*97 *τινὲς ἀναστρέφουσιν τὴν παρά. κακῶς;* simm. *B*865, *K*224.

Jam vero *ὑγιῶς (ὑγιὴς)* et *ὀρθῶς (ὀρθὸς)* vocabulorum provincia multo amplior est quam vocabulorum modo pertractatorum, etiamsi eorum notio: sane, recte, non vitiose (sic Stephanus) in dubio vix esse potest. Atque usu veniunt:

1) de versibus suo loco positis aut non positis: *A*390 *ὁ ἀστερίσκος, ὅτι ἐνταῦθα ὑγιῶς τέτακται, ἐν δὲ τῷ Ἀθηνᾶς λόγῳ οὐκέτι;* simm. *N*61 *O*183 *Π*776. — *A*103 *ἴτι ἀμφότεροι εἰς τὴν Ὀδύσσειαν μετάκεινται, οὐκ ὀρθῶς;* simm. *A*454 *B*453 *E*734 *Z*490 *A*13, 356 (cf. *ἁρμόζειν*) *P*173 *Ω*341.

2) de lectionibus improbatis *E*64 *ὅτι οὐχ ὑγιῶς ἐξενήνοχεν οἱ = ἑαυτῷ, ἔδει γὰρ αὐτοῦ;* i. e. quia inepte protulit pronomen; simm. *Ψ*403. — *B*397 *γένωνται*] *μεταποιοῦνταί τινες γένηται, οὐκ ὀρθῶς;* simm. *Ξ*118; eodem modo de Homeri dicendi usu non probato *T*94 *οὐχ ὑγιῶς δὲ οὐδὲ τὸ „ἕτερον" τέτακται· ἔδει γὰρ „ἄλλον".*

3) de interpretatione et, quae inde deducitur, athetesi collaudatis aut non laudatis: *Ψ*387 *οἱ δέ οἱ*] *Ἀσκαλωνίτης ἐκδέχεται τὸ πλῆρες εἶναι „ἑοῖ" . . . . καὶ μήποτε ὑγιῶς;* quocum comparandum est *A*63 *Z. ἠθέτηκεν αὐτὸν· μήποτε δὲ ὀνειροκρίτην ὑπείληφεν, οὐκ ὀρθῶς;* i. e. neque athetesis neque interpretatio, qua illam Zenodotus confirmat, probari potest, quia verendum est, ne falso substantivum intellexerit.

4) de lectionis alicuius causis bene allatis *Ξ*499 *πρὸς δὲ τὸν Z. ὑγιῶς ἀποφαίνεται ἐκεῖνο, ὅτι ὁ ποιητὴς οὐδέποτε οἶδε τὸ φῇ ἀντὶ τοῦ ὡς;* i. e. suo iure contra Zenodotum, cum *φῇ* pro *ὡς* scriptum esse putet, nunquam poetam ita loqui solere animadvertit. Huius generis exemplum per *ὀρθῶς* non exstat.

5) Praeterea de rebus prosodiacis et orthographicis utrumque adiectivum et verbum *ὀρθοτονεῖν*, inde derivatum, usu venit, e. g. *B*599 *πηρὸν*] *παρὰ δὲ τοῖς Ἀττικοῖς πῆρον. ὑγιεστέρα δὲ ἡ παρὰ τῷ ποιητῇ ἀνάγνωσις*, i. e. sanior sive melior poetae pronuntiatio; simm. *A*151 *E*887 *N*809. — Quocum conferendum est *Γ*128 *ἔθεν*] *εἰ μὲν εἰς ἁπλῆν . . . . ἐγκλιτικῶς, εἰ δὲ εἰς σύνθετον, ὀρθοτονητέον;* et paullo infra: *ἐκεῖνο δὲ κατ' ὀρθὴν τάσιν*, sc. *ἀπὸ ἔθεν ὥσατο χειρί*; e verbis inter se oppositis *ἔθεν* pronomen non enclitice, sed proprio accentu vel suo sono esse legendum apparet; simm. *H*198 *I*614 *N*803 *O*226.

6) Deinde *ὀρθὸς* adiectivum significat casum nominativi, e. g. *B*107 *ὅτι κλητικῇ ἀντὶ τῆς ὀρθῆς*, sc. *πτώσεως, Θυέστα ἀντὶ τοῦ Θυέστης*; et sic sescenties; quae adiectivi notio una apud Stephanum denotatur.

7) Idem adiectivum denique est de iusto ac perfecto periodi ordine, e. g. *Γ*374 *ἀνέστραπται γὰρ ἡ περίοδος;* i. e. antecedit praeter grammaticae leges pars regens, sequitur pars pendens: *ὀρθὴ δ' ἂν ἐγένετο οὕτως· „εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ νόησε, καί νυ κεν εἴρυσέν τε;* i. e. iusta autem esset periodus secundum hunc ordinem; simm. *Ξ*330 *οὕτως δὲ ἔσονται ἀνταποδοτικαὶ περίοδοι ἀμφότεραι ὀρθαὶ τοιαῦται;* i. e. et sic erunt periodi absolutae ac perfectae; simm. *Γ*308, 374, Cf. praeterea Dissertationis meae pp. 19/20 et 61.

Οἰκείως et *δεόντως* quoque, suo loco et necessario, a scholiastis eadem ratione admittuntur: 1) de versibus suo loco, accomodate, convenienter positis (sic Stephanus). *A*208 *οἰκείως δὲ μᾶλλον κεῖνται εἰς προτροπὴν Ἀχιλλέως*; simm *Θ*493. *Δεόντως* autem occurrit *E*734 *ὅτι ἐνταῦθα*

μὲν καλῶς κεῖνται, ἐν δὲ τῇ κόλῳ μάχῃ οὐ δεόντως. Zenodoti athetesis autem affirmatur Ψ479 ἀθετεῖται, ὅτι οὐκ ἀναγκαῖος· πρόκειται γὰρ τὸ „ἀλλ' ἀεὶ μύθοισι λαβρεύεαι" καὶ τὸ „παρὰ γὰρ καὶ ἀμείνονες ἄλλοι" οὐ δεόντως ἐπιλέγεται; i. e. versus e textu removetur, quia verba παρὰ γὰρ . . . . . ἄλλοι necessario non posita sunt, illis (ἀλλ' . . . . λαβρεύεαι) antecedentibus.

2) de versibus aliunde temere et non necessario translatis et interpositis δεόντως est E906 ὅτι οὐ δεόντως ἐκ τοῦ Βριάρεω λόγου (Jl. I, 406) ἐνθάδε μετάκειται ὁ στίχος; idem Ψ358.

Jtem de versibus aliunde prave translatis ideoque moleste ferendis sunt adiectiva sive adverbia ἄκαιρος et ὀχληρὸς, e. g. Θ390 ἀθετοῦνται καὶ οὗτοι, ὅτι ἀκαίρως ἐκεῖθεν μετηνέχθησαν, quia importune alio ex loco interposita sunt. Υ251 ἀθετοῦνται στίχοι πέντε, ὡς ἄκαιροι καὶ ὀχληροί, ut importuni et molesti.

Περισσὸς adiectivum (et περισσεύειν verbum) supervacaneus sescenties usu venit 1) in rebus grammaticis, quo schematum genus quoddam indicetur; de qua re inspicias velim Dissertationis meae de vocabulis syntacticis etc. pp. 43 et 62/63. et Stephani thesaurum s. v.

2) De rebus criticis ad Zenodoti atheteses stabiliendas agitur Λ96 ἀθετεῖται, ὅτι περισσὸς (sc. ὁ στίχος)· πρόκειται γὰρ „ἀλλ' ἕνεκ' ἀρητῆρος, ὃν ἠτίμησ' Ἀγαμέμνων." Haec enim Aristarchi ratiocinnatio est: Calchas interrogatus, cur laboribus ac morbis persecutus sit Apollo Graecos, initio quidem (v. 93) haec facit verba: οὔτ' ἄρ' ὅγ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται, οὐθ' ἑκατόμβης; postea vero (v. 96) idem ita pergit: τοὔνεκ' ἄρ' ἄλγε' ἔδωκεν κτέ. Quorum versuum iam alterum (sc. v. 93) sufficere ad rem explicandam ratus grammaticus ille sagacissimus alterum (v. 96) obelo notavit, ut supervacaneum post illum; simm. Λ137 et 139, 295, 443, 444 Ζ311 Θ528 Κ240 Τ94 Φ471 Ω86.

Additum est παρέλκων participium, superfluus, Κ240 ὅτι περισσὸς ὁ στίχος καὶ παρέλκων. De ceteris huius participii exemplis, quibus idem illud schematum genus syntacticum denotatur, vide Dissertationis meae pp. 61/62.

Εὐτελὴς, quod Stephanus vertit: vilis, tenuis, est 1) de singulis vocibus Homeri dicendi usui aut sensui contrariis e. g. Β314 ὅτι Ζ. γράφει τιτίζοντας, εὐτελὴς δὲ ἡ λέξις; i. e sed vilis, deterior est vox, nec Homeri: simm. adverbium εὐτελῶς Λ123 δαΐφρονι] Ζ. γρ. κακόφρονος, εὐτελῶς, i. e. stulte sic scripsit.

2) de versibus vilibus aut propter argumentum aut propter formam: Κ497 ἀθετεῖται, ὅτι καὶ τῇ συνθέσει εὐτελής; i. e. eiicitur hic versus, ut vitiosus compositione; simm. Υ280 ἀθετοῦνται στίχοι ζ, ὅτι εὐτελεῖς εἰσι τῇ κατασκευῇ καὶ τοῖς νοήμασι, i. e. ut vitiosi et propter formam et propter argumentum; sim. Χ158, 199 Ω6.

Eadem notio est adiectivi κακοσύνθετος Τ94 ἀθετεῖται ὡς περισσὸς καὶ κακοσύνθετος, i. e. ut superfluus et male compositus.

Sed contraria est notio adiectivi πρεπώδης, loci sensui consentaneus: Τ126 μαρμαρέην] καὶ αἱ Ἀριστάρχου καὶ . . . . πορφυρέην εἶχον, οὐ μαρμαρέην, καὶ ἔστι πρεπωδέστερον, magisque consentaneum aptiusve est (Stephanus: decens, decorum).

Postremo de lectionibus variis comprobandis aut improbandis sunt: εὐφραδὴς, ἄχαρις, πιθανός. Εὐφραδὴς scriptum legimus Ο49 Ἀριστοφάνης μετὰ τοῦ σ̄ βοῶπις· καὶ ἔστιν εὐφραδέστερον, i. e. et prudentius meliusve ita legit, sc. nominativum pro vocativo βοῶπι.

Deinde ἄχαρις sive οὐκ ἄχαρις haud ingratus, importunus traditur Γ292 ἀπὸ στο-

μάχους] . . . . *αἱ δὲ πλείονες διὰ τοῦ* ε̄, *ἐπὶ στομάχους. Καὶ ἔστιν οὐκ ἄχαρις ἡ γραφή;* cf. praeterea *O*252, Υ188.

Denique *πιθανὸς*, (*πιθανῶς*) sive *οὐκ ἀπίθανος*, fide dignus sive fide non indignus, Stephanus: ad persuadendum accommodatus sive persuadendi vim habens, occurrunt 1) ut cetera huius generis adiectiva de lectionibus variis fide dignis aut non dignis: Σ492 *ἐκ θαλάμων*] *Z. ἐς θαλάμους· καὶ ἔστιν οὐκ ἀπίθανος ἡ γραφή;* simm. Σ499, *N*12. Adverbium *ἀπιθάνως* legitur *H*32 *ἐν τῇ Ἀριστοφάνους . . . . . εἶχε . . . . . οὐκ ἀπιθάνως*, i. e.: in Aristophanis editione non sine fide scriptum erat: *H*328 *καὶ μήποτε πιθανῶς*, sc. *βῶ* pro *βῶν*, i. e. atque haud scio, an fides ei lectioni non abroganda sit

2) ut athetesis firmetur Φ290 *ἀθετεῖται, ὅτι ἀπίθανον εἰς ἀνδρὸς μορφὴν ὡμοιωμένον λέγειν „ἐγὼ καὶ Παλλὰς Ἀθήνη“. τίς γάρ ἐστιν, οὐ μὴ νοήσῃ.* Offendit igitur scholiasta in eo, quod poeta versus antecedentis *ἐπιταρρόθω* explicat per „*ἐ. κ. Π. Ἀ.*“, id autem adeo non esse probandum, ut versum eiciendum denotet.

3) de verborum interpretatione fide digna *Λ*308 *πόλεας*] *πιθανὸν οὖν ἐστὶν ἐκδέχεσθαι ἐνθάδε ἐπὶ τῶν πόλεων τὸ σημαινόμενον, ἐπεὶ καὶ τείχεα ἐπιφέρει*; fide dignius est hoc vocabulum intelligere de urbibus, quam de multis.

4) de syllabis coniungendis aut dirimendis *Z*319 *ἐνδεκάπηχυ*] *οἱ δὲ περὶ Ἡρακλέωνα καὶ Ἀλεξίωνα πιθανωτέραν ἡγοῦνται τὴν τοῦ ἐνδεκα ἀριθμοῦ διαστολήν*, sc. *ἔχειν δεκάπηχυ*; sim. *Z*465 *Π*31.

5) de rebus prosodiacis *Γ*280 *ἔστε*] *παροξύνεται δὲ τὸ ἔστε . . . . . πιθανωτέρα γὰρ ἡ τοιαύτη ἀνάγνωσις*, i. e. talis vocis sonus dignior est, qui comprobetur; simm. *N*543.

His quattuor vocabulorum criticorum generibus et partibus ad finem pertractatis quamquam restant iam verba V) recipiendi in textum, VI) interpolandi, sive altero ex loco alterum in locum transferendi, VII) reiciendi et removendi e textu, VIII) mutandi sive variandi lectiones: tamen cum temporibus et rebus, tum huius programmatis terminis et impensis finem inquirendi et disserendi facere coactus, reliqua in posterum diem differre in animo est.

Index vocabulorum et notionum et locorum.

p.

Ἀδιανόητος obscurus, non apertus ad intelligendum 5
ἄκαιρος importunus, ineptus, non suum in locum translatus 16
ἀκούειν 1. subaudire 5
2. positum esse pro sive intelligere de . 6
3. pertinere ad 6
ἀμφιβάλλεσθαι ambiguum fieri 4
ἀμφιβολία ambiguitas, difficultas interpretandi . 3
ἀμφίβολος (*-λως*) ambiguus, ambigue . . . 3
ἀνάρμοστος . . . ineptus 13
ἀνταγορεύειν adversari 12
ἀπίθανος sive *οὐκ ἀπίθανος* 17
fide indignus sive non indignus:
1. de lectionibus probandis
2. de athetesi
3. de interpretatione
4. de syllabis coniungendis
5. de rebus prosodiacis
ἀποδιδόναι 1. verbum verbo reddere . . . 9
2. subaudire 9
3. periodi argumentum exponere . . 9
ἀπόδοσις interpretatio 9
ἀποδοκιμάζειν reprobare 13
ἀρέσκειν placere 12
ἁρμόζειν quadrare, congruere, sensum non turbare 13
1. de singulis vocibus sensum turbantibus aut non turbantibus
2. ab alicuius moribus diversus, non consentaneus
3. de versibus ab alio loco apte vel inepte translatis
ἁρμοζόντως apte, recte 13
ἄχαρις sive *οὐκ ἄχαρις* ingratus sive haud ingratus 16
γραμματικὸς qui indiciis quibusdam rem diiudicat, idem quod *κριτικὸς* 4
δεόντως necessario 15
1. de versibus suo loco positis aut non positis
2. de versibus temere translatis . . . 16

p.

δέχεσθαι 1. probare 6
2. accipere 6
3. referre ad, intelligere de . . . 6
δηλοῦν 1. manifestum reddere, patefacere . . 9
2. indicare 9
3. significare 9
δήλωσις significatio 9
διακρίνειν ambiguitatem diudicare, solvere . . 4
διαλαμβάνειν disceptare, disserere de aliqua re . 4
διάνοια sermonis contextus et continuatio . . 5
διασημαίνειν significare 11
δυσμετάληπτος difficillimum translatu, i. q. verti vel altero vocabulo explanari, commutari non potest 9
ἐκδέχεσθαι accipere, intelligere 6
1. de periodi argumento 6
2. de singulorum vocabulorum sensu . . 6
3. de vocabulorum formis interpretandis . 6
4. de singulis litteris explicandis . . 6
5. de syllabis coniungendis aut dirimendis . 6
6. de vocibus compositis aut non comp. . 6
7. de verborum origine 7
ἐκλαμβάνειν accipere subaudire 7
ἐξακούεσθαι exaudiri 6
ἔννοια sermonis contextus et continuatio . . 5
ἐπικρατεῖν lectio pervincit, praevalet . . . 14
ἐπικρίνειν post alterum iudicare 4
εὔδηλος manifestus, apertus 4
εὐκρινής clarus, dilucidus 4
εὐτελής vilis, tenuis, pravus, stultus . . . 16
1. de vocibus Homeri dicendi usui non consentaneis
2. de versibus vitiosis 16
εὐφραδής prudens, bonus 16
ἡγεῖσθαι habere pro, interpretari 6
κακοσύνθετος male compositus 16
κακῶς stulte, vitiose 14
1. de versibus alium in locum translatis
2. de athetesibus

p.

3. de lectionibus mutatis 14
4. de rebus prosodiacis
καλῶς bene sapienter 14
1. de lectionibus reprobatis
2. de Zenodoti athetesibus
3. de rebus orthographicis
κρίνειν aliquid ex aliqua ratione agnoscere, probare 12
κρινόμενον iudicium aut nota, quibus aliquid diiudicatur 4
κρίσις iudicium, causa diiudicandi 4
κριτικὸς qui ex iudiciis quibusdam exponit . . 4
λαμβάνειν accipere, intelligere 7
λυπεῖν displicere 12
μέμφεσθαι vituperare, improbare 13
μεταλαμβάνειν 8
1. transferre, vertere, interpretari
2. participem esse alicuius significationis, in provinciam eius ire 8
3. commutare litteram littera, vocabulum vocabulo 8
μεταλαμβανόμενον notionis commutatio, participatio 9
μετάληψις idem 9
νοεῖν, sc. κοινὸν sive κατὰ κοινὸν ita intelligere, ut ad compluria simul pertineat vox . . 5
νοητὸν sive κατὰ νοητὸν sensus sive secundum sensum, praeter grammaticae leges . . . 5
νοῦς totius enuntiati sensus et argumentum . . 5
οἰκείως suo loco, necessario positus . . . 15
ὀρθῶς (ὀρθὸς) recte, bene, apte, sive inepte . . 15
1. de interpolationibus
2. de lectionibus improbatis
3. de interpretationibus collaudatis
4. de lectionis alicuius causis bene allatis
5. ὀρθὸς de rebus prosodiacis et orthographicis
6. de nomine casus nominativi
7. de iusto ac perfecto periodi ordine
ὀχληρὸς molestus, aegre ferendus, de singulis vocibus 16
παραδέχεσθαι 12
1. accipere, intelligere
2. causam ac rationem alicuius rei probare
3. lectionem probare
παραλαμβάνειν 7
1. adhibere 7
2. collocare pro 7
3. probare, admittere, in textum recipere . 7

p.

4. accentum attribuere 7
5. intelligere, subaudire 7
6. suspicari 8
7. derivare, originem deducere . . . 8
παρέλκων superfluus, non necessarius . . .
πείθεσθαι doctrinam aut lectionem alicuius subsequi, comprobare, comprobatam textui inserere . 13
περισσὸς superfluus, supervacaneus 16
1. de rebus grammaticis, schematum genus quoddam significans
2. de versibus non necessariis, ad Zenodoti atheteses stabiliendas
πιθανὸς (-ῶς) sive οὐκ ἀπίθανος 17
fide dignus sive non indignus:
1. de lectionibus prob.
2. de athetesibus
3. de interpretatione fide digna
4. de syllabis coniungendis
5. de rebus prosodiacis
πλανᾶν, πλανᾶσθαι in errorem inducere, induci, errare 13
πρεπώδης consentaneus, aptus; de vocibus loci sensui consentaneis 16
προκρίνειν praeferre 12
προσέχειν in sententiam alicuius ire . . . 11
προσίεσθαι admittere, concedere lectionem . . 13
σημαίνειν 10
1. significare 10
2. σημ. ἀντὶ positum esse pro . . . 10
3. σημ. ἐκ notionem coniectura consequi ex . 10
σημαινόμενον notio, sensus 10
1. de totius enuntiati argumento . . 10
2. de singulorum vocabulorum notionibus . 10
3. πρὸς τὸ σημ. propter proprium sensum . 10
4. ἐν σημ. cum sensu, non sine sensu positum 10
5. ἐπὶ ἑτέρου σημ. si qua alia notio subest . 10
σημαντικὸς suam vim ac rationem habens . . 10
σημασία significatio 11
συγκατατίθεσθαι 11
1. consentire cum, non differre a.
2. non discrepare a loci sensu
συμφωνεῖν congruere, facere cum 11
συναινεῖν collaudare lectionem 12
ὑγιῶς (-ῆς) sane, recte, vide ὀρθῶς . . . 15
ὑπισχνεῖσθαι formam fingere, significare . . 11
ὑπολαμβάνειν voci sententiam per errorem subicere 8

Bericht

